

21.

I.  
**DE ABSTRACTO  
THEOLOGICO**  
Methodus.

z.  
**COLLATIO DE NOVA  
Controuersia.**

5.  
**SYNODVS PRVTE NICA** p. 99.  
de hac re.

4.  
**CAVSÆ CVR LOCVTIO-**  
nes & doctrinæ, &c. sint scan-  
dalosæ & falsæ per se.

Per  
**IOHANNEM WIGANDVM**  
Episcopum Pomezaniensem  
collecta.

Regiomonti Borussiæ, typis Georgij  
Osterbergeri. Anno

1578.

PL. 6. II. 761

1578. 494



DE ABSTRACTO  
THEOLOGICO

Metaphysica

COLLAUDIO DE NOVA

Contumelie

ELIMINAS PRATENICA

de papa le

CASE CAR LOCATIO

magis de cogitatione, tunc de loco

quoniam de loco bestie

JOANNEM VIGANDUM

Elegimus, ut etiam in

colligimus

REGIMENTUM BONI ET UBIUS CEREBRI

Quicquid est, quod

ad 1.761 ad 2

CAVSÆ  
CVR HÆC SCRIP-  
PTA ÆDI NECESSE  
FVERIT.

OVICVLIS CHRI-  
STI IN PRVSSIA

*Gratiam & pacem per Christum.*

**S**PERabamus Deo benedicente,  
Ecclesiam Christi in Prussia, pri-  
stinæ suæ tranquillitati restitui  
posse, præsertim discedéntibus ijs,  
qui certaminis causam fouerunt, eaniq; ob  
rem statueramus, scripta quædam nostra  
apud nos continere. Sed quia rem longè ali-  
ter videmus euenire, extrema necessitate  
compellimur, ut quædam in eo certamine  
contexta, in lucem ædamus. Causæ vero  
nos vrgentes, hæ sunt:

( 2 )

Quia

C A V S A E

1. Quia hactenus Clamantes, & turbulenti quidam homines, horribiliter perturbarunt ac peruerterunt non tantum simpliciorem populum, sed alios quoq; præstantiores.
2. Quia adhuc CIRCV MCVRSA-TORES nonnulli, velut oestro perciti, non cessant in domos ciuium, imo tabernas quoq; & compotationes discurrere, suisq; artificijs, scandalosa & falsa dogmata viris ac inulieribus commendare atq; inculcare.
3. Quia pueri quoq;, quos quidem Christus prohibuit scandalisari, varijs modis scandalisantur, instillantur ipsis semina errorum & odia recte docentium, & profitentium Nomen Domini.  
Matt. 18.
4. Quia scripta maledica & contumeliosa, obtruduntur passim imperiis, magna audacia & singulari studio. Hinc omnia concitantur ad murmurationes, ad indignationes,

A&DITIONIS.

tiones, ad querelas, ad conuicia, ad maledicta, imo ad inobedientiam erga superiores in politia & Ecclesia, & ad seditione quoq; facta. Et iniunctio iani est, famosa dicta adscribere ianuis, spargere in vulgus, dicterijs in plateis prætereuntes incessere atq; polliuere, scommatis in conuiuijs certare, &c.

Quia ex alijs quoq; locis, quo discedentes se contulerunt, absq; omni fine in hanc regionem missitantur literæ truculentæ & contumeliosæ, scriptaq; maledica, & ad magis turbandā Ecclesiā Christi adornata. Nam non satis quibusdam videtur, quod præsentes plus satis turbarum dederint, etiā absentes manibus pedibusq; in hoc vnum incumbunt, vt id, quod videtur reliquum esse boni, funditus destruant ac perdant. Vsq; adeo effrenis bestia est Satan (vt veteres locuti sunt) in suis zizanijs disseminandis, propugnandis, promouendis.

)( 3

Quia

6.

Quia certò huc præscriptum est, quomo<sup>d</sup>o inquieti quidam homines, inuectiuas suas atroces, tragicas & cruentas, foris paſſim in Ecclesijs Germaniæ, in aulis, in Academijs circumferri curent, tum vt scandalofa & falsa sua dogmata, magna grandiloquentia, non aduertentibus obtrudant atq;  
insinuent, Tum vt quibusdam suis monitribus, omnem inuidiam conflent, ac tanto-  
pere eos conspuant atq; deforment, vt om-  
nes amicos ab ipsis abalienet, & inuectiuas  
quasdam contra ipflos vehementes, impri-  
udentibus quibusdam vel stolidis extorque-  
ant, quibus impetratis, rideant postea inſi-  
num, quod tam probè fefeulti sint, & macu-  
las suas commaculatione aliorum pulchrè  
contegant, Imò etiam, quod incautiores in  
suam malam causam & peccata maxima  
inuoluerint. Eiusmodi enim telam texit  
spiritus ille, zizaniorum disseminator.

Quia

ÆDITIONIS.

Quia sonant vndiq; illæ voces, diffidere  
Reprehensoris quarundam locutionum &  
doctrinarum suæ causæ.

Quia omnes boni gemunt, petunt tandem proferri controversiam: doceri ruidores: non eri præcipitatiiores: refutari tumultuosiores: confirmari imbecilliores, ne tam nefariæ quorundam molitiones, segete Domini prorsus sternant & euastent. Etsi enim quædam scripta sunt quibusdam communicata, tamen ea neq; ita omnibus fuere obvia, neq; facile describi potuerunt. Petunt & requirunt etiam in procul dissitis locis boni, vt quid sit rei, de quo maleuoli tam varia prædicant, clarè & verè exponatur.

Hæc cùm reuerà ita se habeant: Nam & videmus & sentimus ista omnia coram, licet longius dissiti non ita certant, nec tantis Ecclesiæ Christi lacerationibus,

CAVSÆ

rationibus, tanto pere afficiantur, forte etiam non velint: Cedendum est tot necessitatibus.

9. Quia officij nostri ratio id exigit, cum simus per Dei gratiam Episcopi, & pastores huius Ecclesiæ, ne simus cæci in tanto incendio in domo Christi accenso, & ad quod augendum, inquieti homines oleum subinde magis magisq; infundunt. Et ne simus muti, ac sinamus in nostro conspectu, miseriinas Christi ouiculas, nostræ fidei commissas, tam horribiliter dissipari & laniari. Attendo, inquit Paulus, gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, &c.

Acto, 20.

10.  
Proverb.

24.

Quia id dilectio proximi requirit. Nam vox Dei præcipit, ut eripiantur illi, qui ducentur ad mortem. Sed falsæ doctrinæ magis homines lœdūt, altius vulnerant, ac mortem horribiliorem adferunt, quam gladij aut

ÆDITIONIS.

aut lanceæ corporales. Nullum igitur officium dilectionis excellentius, magisq; necessarium est, quām monere de scandalosis & falsis locutionibus ac doctrinis cauendis. Repetenda enim est vox Christi: Cauete vobis. Matth: 7. Quæ enim ad officium pastorum fidorum pertineant, manifestum est, nempe, docere vera, & refutare falsa. Tit: i. Pascere ouiculas Christi salutari verbo, & lupos inclamare atq; abiger c baculo veritatis diuinæ Matth: 7. Iohan: 10. Sacrum à profano discernere, Ezech: 22.

Quia hac cautione opus habent omnes Deum timentes, & præcipue fideles IESU Christi Ministri, versantes in publico docendi munere, ut ouiculis suis in primis salutarem Christi doctrinam, planè & simpli- citer tradant: Et sicubi illæ tentantur scandalosis & falsis locutionibus & doctrinis, aperte dilucidè, ac monstratis fundamentis,

CAVSÆ

eaſ erudiant ac moneant, ne patiantur ſeſe illaqueari erratis & peccatis aliorum: ne ruant ipſæ quoq; in errores, blasphemias, conuicia & alia peccata: & ne ſibi iram Dei graueq; iudicium accersant, vt nimirum Miniftri verbi Dei coram Deo & hominibus ſint excusati, ſi iſtis tam necessarijs & ſalutaribus monitionibus, non relinquatur locis. Dic eis, inquit Deus, & ſaluasti animam tuam, Ezech: 3. 33. Nam hoc certum est, quosdam tāta percußos eſſe amientia & cæcitate, vt quantumuis lucide veritas demonſtretur, tamen obſtinato animo ipſi obſiſtant, & ad comminationes, quaſi ad ſtimulum calces obiecent.

Fines itaq; nostri ſunt, non inuoluere res, ſed explicare: Non veritatem occultare, ſed proferre: non tenebras offundere, ſed lucem accendere, & in candelabrum, vt omnibus fulgorem præbeat, ponere, Idq; iuxta Christi

ÆDITIONIS.

Christi præceptum, Matth: 5. Testabuntur autem hoc ipsa scripta, quæ plana, recta, dilucida sunt, ut quiuis, modo oculos habeat, videre possit, piè atq; ingenuè, sine omnibus inuolucris explicari id, quod res est. Quod igitur in Confessionis præcepto ipsi Christo paremus, nemo nobis vitio vertet, qui modo aliqua pietate tintus est.

Secundus finis est, Dei gloria, ut nimur vera, recta, immota veritas divina, salua, integra, inconcussa, incontaminata maneat, omnibus fantasij ac Nebulis humanis discussis atq; reiectis. Nam hoc dubium non est, scandalosis & falsis locutionibus & doctrinis in Ecclesia Dei relictis, siue propter palliationes calidas, siue propter vim eas defendentium, gloriāni Dei non manere saluam Deus enim nequaquam glorificatur audaci

CAVSÆ

audaci uel astuta ambiguum, scandalo-  
rum & fallacium dogmatum fucatione,  
incrustatione, glossatione.

Tertius finis est, confirmatio piorum,  
sine hypocrisi Deum timentium: Institutio  
infirmorum, qui tam en veritatis cognitio-  
nem serio amant, nec delectantur præstigi-  
is ac strophis: Monitio & refutatio pertina-  
cium & blasphemorum, ut aliquando corā  
Deo non possint ignorantiam suam præte-  
xere. Nam Dei iudicium absq; omni dubi-  
tatione erit multò grauius, quāni homines  
securi, aut indurati vel peruersi, iam sibi in  
animum inducant. Sentiant igitur mali hoc  
etiam sal. Matth: 5. Proinde non cupimus  
accendere certamina, sed accensa, monstra-  
ta veritate sopire, quantum quidem Deus  
voluerit. Nam superbis & maledicis ipse  
Deus freна injicit. Peruersis sua peruersa  
iudicia relinquimus:

Enormis

A E D I T I O N I S.

Enormis est petulantia maligni spiritus,  
ut hoc etiā adjiciamus, iu cōfingendis men-  
dacijs. Quid enim aliud ageret, scandalosa  
& falsa dogmata, tanto furore pingens,  
quām ut mendacia conflēt. Gloriatus est,  
suam causam esse iustum, quia Wigandus  
nescio quō lapsus sit, & vix extractus: Filiā  
in aquis perīsse: Alios quosdam præstigijs  
ipsorum contradicentes, ad insaniam reda-  
ctos, & multa alia, quæ tamen omnia, laus  
Deo, sunt mera mendacia. Obitum coniu-  
gis Wigandi, matronæ piissimæ & hone-  
stissimæ, illi mali spiritus pro confirmatio-  
ne suarum præstigiarum interpretantur, in-  
sultant tanquam ἐπιχειρού, mōsto marito,  
imō, ut intelligant pij affectatam talium  
hominum insaniam, Cometam in cœlum  
dirum ardere iam dicunt, qui ipsorum cau-  
sam doceat esse iustum, & portendat omni-  
bus iram Dei & calamitates, qui hactenus  
scandalosas

Enormis  
scandalosas

## C A V S A E

Scandalosas & falsas illas locutiones & doctrinas aut contumelias ipsorum non probarunt, plane, sicut olim gentiles & haeretici, ut est in Apologetico Tertulliani, Christianis insultabant, & obijciebant, omnia mala in mundo, propter Christianos accidere.

Sleid. lib.

5.

conspecta iride, cum rusticos fascinatos iam ad prælium educeret, exclamauit, hoc signo causam suam ornari, & victoriam indubitatem promitti. Sed exemplò seditiosa cohors iusto Dei iudicio horribiliter perit, & ipse Pseudopropheta captus, supplicium capitis subire cogitur. Hæc est sanctitas scilicet, talium spirituum.

Quartus, ut exteræ quoq; Ecclesiæ, immo & posteritas pia, norit veritatē in hac causa, magisq; piè & dexterius iudicet. Nam & retinemus fideliter, Deo dante, veræ & incorruptæ Ecclesiæ doctrinam, & deinceps quoq;

AEDITIONIS.

quoq; Deo regente conseruare, atq; ad posteritatem transmittere cupimus. Neq; est ignota istius Ecclesiæ Confessio & Norma docendi. Totis enim pectoribus amplectimur & profitemur, Biblica Prophetarum & Apostolorū scripta: tria celebrata Symbola, Apostolicū, Nicenum, Athanasianū: Confessionem Augustanam, eiusq; Apologiam: Catechismum Lutheri: Smalcaldicos articulos: & Corpus doctrinæ Prutenicum. Si quid porrò cum hac Norma verè congruit, id iudicamus esse rectum. Sin verò discrepat, iurè abhorremus & reijcimus.

Subijcimus postremò libenti animo nostra scripta, Ecclesiæ Christi veræ, sinceræ, recte ex fundamentis Biblicis iudicanti, non Cothurnificibus & Conciliatoribus Christi & Belial, veritatis & falsisatis. Nam veritas diuina, non est, **NON & ITA**. Nec conseruatur puritas doctrinæ cœlestis, do-

Contra  
iniquitatē  
iudiciorum  
et temeri-  
tatem eorū  
Censurista  
rum qui  
mox abij-  
ciunt &  
damnant,  
etiam opti-  
mè & re-  
ctis

## CAVSÆ

*Assimè di-  
ctis dolis, quibus vel odio vel amore luteo-  
ria, Quia  
ipfis non ar-  
rident, eti-  
am, quia  
persona  
atq; nomi-  
ni non fa-  
uens.*

rum hominum, nonnulli solent lapsus, erro-  
res, scandalosa dogmata, fucare atq; obtru-  
dere. Sic Deus, sic Prophetæ, sic Apostoli,  
sic Lutherus nos non docuerunt. Et Corpus  
Prutenicum disertè nionet, ne FVCOSÆ  
**CONCILIATIONES** admittan-  
tur. Rectè etiā gentes dixerunt: VERVM  
plus vno, esse non posse. Et grauis vox est  
**Esaïæ:** Væ qui dicunt malum bonum, &  
bonum malum, ponentes tenebras in lucē,  
& lucem in tenebras.

Si postulārit insuper necessitas Confes-  
sionis, & plures libellos, quos Dominus De-  
us dedit, & daturus est amplius, non graua-  
bimur Ecclesiæ Christi communicare.

Vobis itaq; charissimæ ouiculæ in Prus-  
sia, hosce libellos exhibeo, dedico atq; in-  
scribo, & per vulnera Iesu Christi, perq;  
veltram

**Esaï: 5.**

275

ÆDITIONIS.

vestram salutem vos omnes moneo, hortor, obtestor, ut in ea luce & certitudine doctrinæ, quam Dominus Deus vester ex paterna atq; ingenti misericordia, nullo vestro merito, vobis largitus est, quæq; in Corpore doctrinæ vestro, compræhensa & tradita est, simplici rectitudine cordis, & confessione oris illustri maneatis, neq; patiamini Deo vobis assistente, ab hoc firmo fundamento vos dimoueri aut auelli. Moneo etiam, hortor, obtestor vos, vt omnis generis corruptelas, errores, hæreses, (à quacunq; tandem creatura, siue Angelica siue humana, & quibuscunq; coloribus, fucis, præstigijs ornentur, commienden-  
tur, instillentur) serio & constanter fugiatis, vitetis & execremini. Nam vtrumq;  
Christus supremus noster pastor, à vobis  
exigit. Et cogitetis, breui hunc vestrarum  
animatorum pastorem in nubibus compari-

) ( ) (

turum

## C A V S Æ

turum, deq; istis omnibus à vobis rationem exacturum esse. Nolite igitur admittere glossationes falsorum & scandalosorum dogmatum. Nolite turbari conuicijs, obtrectationibus, calumnijs, mendacijs, quæ mendax ille spiritus pro suo veteri more euomit. Nolite consilijs, contibus, factis iniustis, Deum grauius in vos irritare. Videtis aliâs hanc politian & vicinas regiones in maximis versari periculis. Mactat Moschus in vicinia homines, passim ruines bellorum audiuntur. Minatur ardens stella pestem, sterilitatem, & alia mala. Ad seriam igitur poenitentiam vos componite, Deum coeli metuete, & petite, ex misericordia poenas praecantes atq; impendentes vel auferri penitus, vel saltem mitigari, & repudiatis præstigijs falsorum dogmatum,  
in agnita

ÆDITIONIS.

in agnita veritate permanete. Idq; ut  
piè præstare queatis, precor vobis ipsi-  
us Spiritus sancti propiciam illuminatio-  
nem & gubernationem Amen. In Ia-  
nuario. 1578.

Iohannes Wigandus  
Episcopus Pomeza-  
niensis.

XVI

LOCA

LOCA  
IN ASSERTIONE  
D. HESHVSII, DE QVI-  
BVS CONTROVERTITVR,  
de verbo ad verbum.

Fol. 96. a.

*De communicatione Maiestatis nobis nunc dis-  
serendum est, ac uidendum, num Λόγος SIC quasdam  
proprietates communicauerit suae humanitati, & uir-  
tutem suam in carnem transfuderit, ut ea NON  
SOLVM in Concreto, SED ETIAM  
IN ABSTRACTO, hoc est, per appellatio-  
nem, quae ipsam naturam humanam PER SE consi-  
deratam significat, humanitati Christi, VERE &  
iuxta Apostolicam doctrinam adscribi possit.*

Fol. 96. b.

*In questionem uenit: An Filius Dei Λόγος diui-  
nitatis suae uirtutem, gloriam, Maiestatem, proprie-  
tes, ITA communicabit humanæ suæ carni, a se in  
perso*

CA  
RATION  
DE QVI  
ERTITVR,  
erbum,  
statis nobis  
lo & SIC qu  
humanitati  
it, ut ea NO  
ED ETI  
est, per qu  
PER Sua  
isti, VEN  
ibi posse.  
s Deinde  
Latentem  
e certi  
A

personæ unitatem assumpτæ, & reuera in eam trans-  
fuderit, ut NON SOLVM in Concreto, uerum  
etiam IN ABSTRACTO, ipsi humanitati uni-  
te dōγω, Recte & secundum Scripturam tribui & pos-  
sint & debeat.

Ibid:

Aliæ proprietates, uirtutes & Maiestas, ITA  
communicantur, ut ETIAM IN ABSTRA-  
CTO, recte tribuantur humanitati, sine deletione eius,  
& sine naturarum confusione. Quod enim dōγω habet  
a Natura, id humanitas possidet ex gratia.

Fol. 98.

Naturæ in Iesu Christo, nullo modo sunt confun-  
dendæ. Necessario autem sequeretur naturarum con-  
fusio, si humitatati Christi in Abstracto tribueretur  
omnis potestas, &c. N. Hanc propositionem, sig-  
nificat iniuste reprehendi.

Fol. 102.

Ambrosius quoq; grauis autor, non dubitauit

)( )( 3

IN

*IN ABSTRACTO* humanitati Christi omnι-  
potentiam tribuere.

Fol. 102. b.

Pia antiquitas non dubitauit *IN ABSTRACTO* hanc Maiestatem uiuificandi tribuere carni  
Christi.

Fol. 104.

Non tantum in Concreto loquuntur Augustinus  
& Cyrilus, hominem Christum esse adorandum: SED  
*IN ABSTRACTO* carnem & quidem per-  
fectam Christi humanitatem unitam & eis adorandam  
esse.

Fol. 105.

Adeo pia antiquitas non dubitauit fateri, *IN ABSTRACTO* carnem Christi adorandam  
esse. Hec ille.

tti Christi

ABSTR  
di tribuere co

ntur A  
dorandum  
n & quoniam  
n depe don

auit su  
bris don

A  
B  
T

D

N  
otum  
posito  
quid, ab a

Ad  
ſracili per  
effe a ſubſ  
mentis

Abſtra  
Audi R  
ſcriptores  
dum intell  
olentur, ſi  
mologicum  
Theolog

N  
inſtitutio

AD AUGUSTINUM

# DE ABSTRACTO THEOLOGICO.

## CONSIDERATIO. DE VOCABULO.

**N**O tum est omnibus literatis, *Abstractum*, à com-  
posito uerbo *Abstrabi* deriuari, & significare ali-  
quid, ab alio quocunq; tandem modo tractum.

*Ad hanc generalem significationem uocabuli Ab-  
stracti, pertinent illæ diuisiones. Aliud Abstractum  
esse à substantijs, Aliud ab accidentibus. Itē: Aliud esse  
mentis Abstractum, Aliud Physicum. Seu, Aliud esse  
Abstractum intellectus, quod cogitatione saltem fit,  
Aliud Reale, quod opere ipso ac realiter fit. Quidam  
scriptores uocant Abstractum secundum esse, & secun-  
dum intellectum. Item: Aliud esse Naturale, aliud Vi-  
olentum, siue sit artificiale, siue non. Item, Aliud esse ety-  
mologicum, Aliud τεωνκόν. Item, aliud esse Artium, aliud  
Theologicum.*

*Noticie abstractiæ sunt illæ ideæ, quæ à literis,  
institutione, seu inspectione sunt abstractæ, ac menti im-*

*A*

*presso*

METHODVS DE

2.

pressæ. Item, mens differens de anima uiui hominis, eam cogitatione quasi abstrahit, dum eam solam considerat.

Physicum Exuuiæ serpentis, sunt Abstractum Physicum, violentum. violentum. Cutis iniqui Iudicis, iussu Cambysis detra-  
Herod.lib. ctæ, est Abstractum, Ut & corium bubalum, aut alteri-  
s.

Val.lib. 1. us animalis. Sic aurea barba, quam Dionysius Aescu-  
Cap.2. lapio abstraxit, est abstractum. Sic succus Glycyrrhizæ

olium succini, est abstractum violentum, artificiale. Ar-  
Extracta. tifices solent Extracta appellare. Scoria, Schlacken/  
est abstractum, quia à cupro, uel alio metallo abstrahi-  
tur in officinis liquefactorijs.

Aritmetici. In Arithmeticâ abstractum est, quod à Summa ab-  
cion. strabitur.

Gramma- In Grammaticâ texurop uocabulum fit, quia usurpa-  
ticum. tur pro Substantiuo nomine, Ut iustitia, doctrina, sapien-  
tia. Sic & Concretum, pro adiectiuo usurpatur, Ut ius-  
tus, doctus, sapiens. Quia uidelicet subiectum cum qua-  
litate comprehendit. Peculiares uero phrases alias hic  
non annoto.

Dialecticū & Physi- Sic Dialectici & Physici dicunt, abstractum signi-  
cum. ficare formam aliquam, cum exclusione subiecti, Ut fore-  
titudo. Concretum uero significare eandem formam cum  
subiecto, Ut fortis.

Scholastis

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

3.

Scholaſtici dicunt, Concretum ſignificare ſuppoſi- Concretū  
tum, uel personam, Vt homo. Vel Individuum, Vt hic ho- & Abſtra-  
mo. Abſtractum uero naturam, & quidem ſecundum dūm ſcho-  
laſticum. ſe conſideratam, Vt humanitas.

Ioannes Picus, de Ente & uno cap. 4. Abſtractum  
id notat, quod à ſe tale eſt, non ab alio, Vt lux. Concre-  
tum id ſignificat, quod non à ſe, ſed alterius beneficio ta-  
le eſt, Vt lucens, luce lucet.

Generaliter autem iſta, de ſignificationibus iſtorum  
uocabulorum loquuntur, Postea uero ad articulum de du-  
abus in Christo naturis accommodatur.

In Theologia iigitur, & quidem in doctrina de dua- Abſtractū  
bus in Christo naturis, abſtractum τεχνώς ſignificat al- Theologi-  
teram Christi naturam, per ſe, ſeu ſecundum ſe conſi- cum.  
deratam. Sic Concretum ſignificat personam Christi, fa- Inf. 16.  
cta unionē hypostatica duarum in Christo naturarum.

Ratio eius ſignificationis Abſtracti in Theolo-  
gia eſt, Quia mens interdū alteram tantum naturam con-  
ſiderat, licet physice aut realiter, nulla proſuſiſtati di-  
uulſio aut separatio naturarum in Christo.

Concretum unionem naturarum, aut que eis simul Concre-  
aut coniunctim conueniunt, in unica hac Christi persona, tum.  
intuetur atq; conſiderat.

A z

Theolo-

Theologicum igitur hoc *Abstractum* appellatur,  
quia Theologi eo usi sunt, & in Theologia, in doctrina de  
duabus Christi naturis locum habet.

Annotandum & hoc est: Interdum in Theologia  
usurpari uocabulum *Abstracti*, tantum pro nota uoca-  
buli alterius naturæ in Christo, & ceteris, seu simpliciter,  
ita, ut non significet propriè naturam per se considera-  
tam, ut postea exempla ostendent. Hæc autem à prudenti-  
bus lectoribus facile obseruari possunt, & diligenter  
attendum est, ut recte & dextre applicentur, ne quid  
doli subrepatur.

N.  
Inf. 15.

Non autem sunt ista uocabula, nimis odiose aut cri-  
minose exagitanda, quæ docendi aut disputandi gratia, in  
forum Theologicum sunt recepta. Sobrie tamen, dextre,  
& prudenter usurpanda sunt, ne aliquid absurdum aut por-  
tentosum ex eis extruatur.

In præsentia itaq; de Theologico usu huius uocis  
*abstracti* tantum differemus, Id quod memori mente ob-  
seruandum est.

## DE DEFINITIONE

R E I.

T' Heologi sic definierunt: *Abstractum* significat  
alterutram Christi Naturam, secundum se, aut seor-  
sim consideratam. Luthe-

ABSTRACTO THEOLOGICO.

50

Lutherus super 53. cap. Esa. E. 4. b. Abstrac-  
tum uocat humanitatem separatam, uel seorsim positam,  
si de ea sola loquimur. Item: E. 5. Naturam seorsim sum-  
ptam.

Caspar Cruciger senior, in uersione libri de  
nouissimis uerbis Davidis, significat, Abstractum di-  
ci, quod est proprium alteri naturæ, & de ea SEOR=SIM dicitur.

Philippus in 2. parte Symboli fol. 441. fac. 2. to-  
mo I.

Abstracta significant Naturam SEORSIM  
consideratam, ut diuinitas uel diuina Natura, Humania-  
tas uel humana natura. Item, est natura secundum se con-  
siderata. Tomo 2. fol. 222. Idem docet in libello de con-  
trouersia Stancari, & in examine: Propositio in abstra-  
cto, significat naturam secundum se consideratam. in Chro:  
lib. 4. Vocabulum in abstracto, significat naturam secun-  
dum se consideratam. Sed concreta significant personam,  
in qua sunt duæ naturæ. In hisce Philippi testimonij ha-  
bes illas proprietates abstracti, secundum se, item seor-  
sim consideratas.

D. Mörlinus Episcopus Sambiensis, in proposi-  
tionibus de communicatione Idiomati, editis anno 1571.

A 3

Regio-

Regiomonti Borussiae, clare significat, Abstractum dici unam Christi naturam per se consideratam. Proposit: 12. & 14. Has propositiones, distractis primæ editionis exemplaribus omnibus, recudi curauit adiunctis suis de eodem argumento, Ioachimus Westphalius.

Chemnicius lib: de duab: naturis in Christo. O.7.

**C**hemnicij Significant autem in hac doctrina, nomina Abstracta, naturas ipsas & earum Idiomata, si PER SE considerentur, siue EXTRÆ unionem, siue IN IPSA unione.

MIRAC. Corpus doctrine Prutenicum.

Res ipsa Abstracti in eo clare & diserte describitur, hisce uestib: Natur allein. Item: Natur FVR SIE Hallein. Nam hoc ipsum Theologice vocatur Abstractum. fol: 8. de unione duarum natura-  
VVirteber genium. I46.

Virtebergenses contra Vitebergenses pagina  
Wie vns das wort Abstractum in den unterscheid der Naturaen weiset / nach welchem eine jede Natur FVR SIE HSE LVB S betrachtet wird/ ic. Also weiset vns das wort Concretum, vnd die Communicatio Idiomatum / in die personliche vereinigung beider Naturaen.

D. Hesbusius

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

D. Heshusius definit *Abstractum* quod ipsam Heshusij.  
naturam PER SE consideratam significat. In *Aſſert.* fol. 96. Item in libello definit: *Abstractum* in  
*Theologia* dicitur *vocabulum*, quod non significat totam  
*Iesu Christi Dei & hominis personam*, sed *TANDEM*  
*TVM* notat alteram *NATVRAM*, uel diut-  
nam uel humanam. Item: *Vom Erkentnis Gottes*  
b. 4. Die wort Menscheit / Menschliche natur/  
Leib vnd Seel/ Item/ Gottheit/ Göttliche natur/  
Geistlich/ewig Wesen/ bedeuten die Naturn/ IN  
SONDERHEIT vnd FÜRSTICH  
betrachtet/ ic.

D. Timotheus Kirchner in propositionibus  
de duabus Christi naturis.

Kirchneri

*Abstractum* uocat, alterutram naturam PER  
SE & IN SE consideratam. Item inquit: *Maieſtas*  
& *omnipotentia* communicantur *humane naturae*, &  
quidem *IN CONCRETO*, *NON IN*  
*ABSTRACTO*.

Possem hic ascribere plurium recentium Theolo-  
gorum, *Abstracti* descriptiones, qui palam testantur u-  
no ore, *Abstractum* dici naturam Christi, secundum  
se uel scorsim consideratam. Sed in re manifesta-

A 4

non

non opus est pluribus testimonijis. *Vnum duntaxat ad-  
huc aut alterum testimonium ex Scholasticis adducam:*

*Albertus Magnus in lib. I. Distin. 33. art. I.*

*Abstractum notat, compositionem fuisse in concre-  
to, à quo abstractum est. Item: Proprietas est nomen,  
rem suam dicens in Abstracto.*

*Thomas 3. parte Sum:q. 17.*

*In Abstracto significat naturam, secundum se consi-  
deratam. Sic etiam aliás definit. Ponit etiam ibidem uti-  
lem regulam, quae in compositis locum habere potest, q.  
16. In Mysterio inquit, incarnationis, non est eadem na-  
tura diuina & humana, sed eadem est hypostasis utriusq;  
naturae, & ideo ea, quae sunt unius naturae, non possunt de  
alia prædicari, secundum quod in Abstracto significan-  
tur. Nomina uero concreta supponunt hypostasin natu-  
ræ, & ideo indifferenter prædicari possunt, ea, quae ad  
utramq; naturam pertinent de nominibus concretis.*

*Reliqui Scholastici istis astipulantur. Ideo non re-  
censio plura ex eis suffragia.*

## DE DIVISIONE.

**Q**uia de Theologico Abstracto hoc in loco tantum  
agimus, hoc est, de peculiari specie abstractorum,  
ideo

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

9.

ideo non est opus hanc speciem in alias species subtiliter subdiuidere. Nam quod dicitur, aliud esse Abstractum Physicum, aliud mentis: Item aliud esse Abstractum Etymologicum, aliud ~~texnicum~~, & similia, referenda sunt ad illam primam seu generalem abstracti significationem, quæ eiusmodi partitiones admittit. Id quod planum & perspicuum est. Et illud, quod interdum hoc uocabulum sacrum est, aut simpliciter usurpatur, ad significationes uocabulorum pertinent.

Istarum autem rerum consideratio in præsenti materia est necessaria, & lucem magnis rebus affert. Tantum igitur Theologicum Abstractum in præsentia in considerationem ueniat.

## EFFICIENS.

Sacrae literæ in hac doctrina, de duabus in Christo Naturis hoc uocabulum abstracti non habent. Nec ueteres patres in hac materia, Abstracti uocabulo utuntur. Imo nec Magister Sententiarum, qui quasi master est Scholasticorum Theologorum, hanc uocem in eo quidem capite doctrinæ usurpat, Nec Bandinus, de quo quidem ambigitur, an Petrus Lombardus ex ipso suam triarcham illam summam Theologicarum rerum desumpserit, An vero ille ex hoc.

Petrus Lombardus

SCOLASTICO-

RVM ma-

Bandinus.

A S

Poet

10. COMETHODVS DENTIS

Post eum itaq; Scholastici disputationes, hæc uocabula, *Abstractum* & *Concretum*, in scholas introduce-  
runt, & cùm alias, Tum uero in loco de duabus in Christo  
naturis, hypostaticè in Christo unitis, maxime usurpá-  
runt. Desumpserunt autem eos terminos, sine omni dubi-  
tatione ex Logica.

*Primus u-*  
*sus horum uocabulo-*  
*rum apud ueteres.*

Ac uerisimile est, initio eruditos Theologos, hæc  
vocabula usurpare bono consilio, ut in disputationibus  
aduersus hereticos, distinctius loqui, & confusiones re-  
rum ac uerborum, præstigiatoribus dexterius diluere  
possent. Deinde etiam, ut in docendo rectius considerari  
possent cuiusq; naturæ proprietates, quid humana Christi  
natura per se haberet, quidue diuina Christi natura  
communicariit humane. Nam immota est hæc sententia:  
Quamlibet naturam in Christo essentiales suas propri-  
tates in æternum retinere.

Non tamen hoc dissimulandum est, Scholasticos sa-  
tis perplexè de his ipsis vocabulis scripsisse. Id quod  
uel in Scoto & Occam satis uidere est in definitione  
*Abstracti ultimi*, &c. Dionysius Chartusianus, in  
libro de difficultibus vocabulis Theologorum, undiq; ex  
Scholasticis conquirens descriptiones *Abstracti* &  
*Concreti*, ita intricate de ijs differit, ut magis inuola-

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

ii.

uat quam extricet lectores, Ut reliquos taceam. Constat etiam, Scholasticos ualde intempestiuē Philosophiam gentilem multis in partibus sacris rebus immiscuisse. Sed ista alias.

Primus igitur author qui hisce terminis in Theologicis rebus usus est, ignoratur. Tantum uero hoc constat, in Scholis Theologorum eius usum omnium maxime innovuisse atq; increbuisse.

Nostrī autem seculi Theologi, & quidem in Ecclesia ab Antichristi tenebris ac præstigijs repurgata, libero spiritu ea uocabula retinuerunt. Sed cum pio iudicio, & debita moderatione. Quia existimārunt, ea ad distinctiones & explicationes rerum grauiſſimarum, in summo articulo fidei de Christo idoneas esse. Hinc <sup>Inf. 15.</sup> Lutherus sapienter pronunciat: Diuinitus, inquit, opinor factum in Grammatica, ut quædam uocabula dicantur Concreta, quædam Abstracta. In 53. cap: Esaie. Inueniuntur igitur hæc uocabula in scriptis Lutheri, Philippi, Brentij, Chytræi, Chemnicij & aliorum.

Postremo & hoc subiiciendum est: Fontem Abstracti esse: Quod in unione personali duarum naturarū in Christo, nihilominus quælibet natura suas proprietates retinet, neq; id impedit, quod diuina Christi natura,

natura, suas proprietates humanitati, in hac scilicet unitione personali, communicat. Non enim amittit in hac ipsa communicatione, quod habet, nec aliquid detrimentum ex hac communicatione perpetitur.

## MATERIA CIRCA QVAM.

**A**BSTRACTI materia circa quam, sunt due naturae in Christo. Nam Abstractum appellatur una natura eius personae, secundum se considerata. Et necesse est sepe docere, quid sit humana, uel quid sit diuina natura in Christo: quid habeat secundum suam naturam: quid diuina communicabit humanae: & quomodo. Ratio est, quia non facta est confusio naturarum in Christo, neque conuersio alterius naturae in alteram, neque ex equatione uniarumque naturarum.

**C**ONCRETI materia circa quam, est persona Christi, in qua scilicet duae illae naturae sunt personaliter unitae, absque tamen permixtione, conuersione, aut ex equatione naturarum, Ut modo dictum est. Ratio est, Quia considerandum est, quid in hac miranda coniunctione & unione duarum naturarum in unica Christi persona, utræque naturæ simul habeant, quidue simul cestribuendum sit.

Forma

## FORMA.

**A**bstractum hoc in loco, & in hac speciali significacione non molitur, neque assuerat Physicam aut realem diuulsionem naturarum in Christo, non discerpit crudeliter personam, non efficit duos Christos, aut duas personas. Sed tantum de una, & quidem de alterutra Christi natura agit, hanc intuetur mente, hanc considerat, de hac differit.

Per se, seu secundum se eam considerat, quidea sit: quidea habeat: quid ei tribuatur uel non.

**S E O R S I M** considerat eam naturam, seu solam, quae ei insint, uel quae ei tribuantur.

Sicut uicissim concretum non confundit naturas, nec eas inter se transformat, nec exequat. Sed ostendit unionem earum, in unica persona.

**V**traheretur, quid coniunctim haec duæ naturæ in Christo habeant, quid utrisque in persona conueniant seu tribuatur.

## F I N I S.

Fines istius uocabuli **A b s t r a c t i** sunt isti:

I. **V**t seruat distinctioni, & explicationis singularium Naturarum in Christo. Quia non facta est confusio

fusio naturarum, aut abolitio alterutrius, in unione illa  
hypostatica.

z.. *Vt clarius in docendo de utrisq; naturis Christi  
posset dici, dum quaelibet natura secundum se considera-  
tur, & quid humana acceperit a diuina, exponitur.*

3. *Vt in disputationibus cum aduersarijs lubricis  
& insidiosis dexterius, strictius & neruosis posset a-  
gi. Nam saepè vagabundis & mirificis declamationibus  
præstigiatorum, ueluti nubes opaca ueritati splendenti  
obducitur, ut stolidiores hac arte in pernicioſas foveas  
seducantur.*

4. *Vt in prædicationibus de Christo usum habeat,  
sicut & vox Concreti. Nam id manifestum est, Quæ-  
dam abstractis non recte, Quædam uero recte attribui.  
Idem quoq; de Concretis certum est.*

## COMPOSITA ET NON- NVLLA ALIA.

An Abstracti vocabulum sit prorsus ex Ec-  
clesia Christi exturbandum,

*Durum sane est uocabulum Abstractum in hac  
grauissima doctrina, si solum etymon species atq; exagi-  
tes. Constat illud neq; in sacris literis, neq; in uetus suis  
Ecclesiæ*

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

15.

Ecclesiæ scriptoribus (in hac quidem doctrina de duabus in Christo naturis) reperi-  
bus in Christo naturis) reperi-  
ri. Manifestum est, Scho- stracto ori-  
lasticos Theologos, qui suis labyrinthis rixosissimarum ginem tra-  
disputationum, uniuersam Theologiam horribiliter ob- hit à scho-  
scurarunt, lacerarunt & labefactarunt, hanc uocem, ut lasticus Do-  
ctoribus.  
& alios Philosophicos terminos, in Ecclesiam Christi in-  
troduxisse. Neq; illud negari potest, sèpè magnum peri-  
culum ex eiusmodi uoce non recte usurpati, nasci.

Sed inde tamen non sequitur, prorsus hanc uocem ab Abstracti  
stracti repudiandam & exterminandam esse ex Eccle- uocabulum  
sia Christi. Nam abusus non debet legitimum usum tolle- nequaquam  
re. Magno iudicio Lutherus nos docuit, Diuinitùs esse ex Ecclesia  
factum, ut hisce uocibus, Abstractum & Concretum, Luthe; su  
res omnium summæ in articulo de Christo, distinctius & per 53.  
clarius explicarentur. Esaie.

Opera igitur potius danda est, ut & recte intelli-  
gantur hæ uoces, iuxta uerum et receptū usum (Valent  
enim uocabula usu sicut nummi) & dextre usurpentur.  
Sit itaq; usus uocis Abstracti, in Ecclesia Dei Adia- Vsus uocis  
phoricus, hoc est, liber pro cuiusq; arbitrio, tantum ut is Abstracti  
sobrius, prudens, modestus sit. Evidem uidemus, præ= sit parcus  
stantissimos nostræ ætatis Theologos, ualde parce & non nimis  
magno iudicio hac uoce usos esse. creber. Sup. 4.

Hæc

*Hæc primum contra morosos tenenda sunt, qui qualicunq; prætextu accepto, mox uehementes in uocabula persecutiones instituunt. Deinde etiam ne eiusmodi uocabula licenter aut temerè usurpentur, quia rudiores, imò etiam incogitantes facile in eis impingunt.*

**An Abstractum Theologicum tantum sit  
Nota Vocabuli.**

*Abstra-  
ctum.* Sapienter constitutam esse definitionem *Abstracti Theologici*, tum à ueteribus, tum à recentioribus, quod nimirum significet alterutram Christi naturam secundum se aut seorsim consideratam, tot uiri docti, & res ipsa testatur. Eo enim nomine hoc uocabulum receptum est, quia alterutram Christi naturam intuetur, dum explicatur, quid ea habeat per se. Non igitur recte sapiunt, qui eam definitionem conuellere tentant.

Sed tamen & hoc negari non debet, quin interdum uox abstracti, & nra aut simpliciter accipiatur. Ut, hoc est *Abstractum*. Sic etiam *Concretum*, Ut cum dicitur, hoc est *Concretum*. Sed quod nihil aliud sit *Abstractum* in *Theologia*, quam nuda nota vocabuli, seu tantum appellatio quedam alterius naturæ, id uero scriptis ueterum ac recentium *Theologorum* non est consentaneum. Et non sunt omnes sani, aliud esse interdum, cum uoca-

bula nominantur, aliud cū definitiones instituuntur, & explicantur res ipsæ uocabulorum.

Attendendum igitur est, ubi in Theologia Abstracti uox, tantum pro Nota uocabuli, unam Christi naturam significantis, Vbi uero propriè usurpetur iuxta definitionem rei supra positam. Ut quando dico:

Humanitas Christi est omnipotens, & addo, Sub= Sup. 4.  
iectum in hac propositione est Abstractum. In hac locutione, nempe, Subiectum, est Abstractum: Abstractum simpliciter nota est istius uocabuli Humanitatis. Sed cum dico:

Humanitas Christi, non est in abstracto omnipo= tens.

Hic Humanitas Christi, dicitur Abstractum, non solum quia est nota istius uocabuli Naturā significantis: Sed etiam quia secundum se seu scorsim consideratur. Ideo enim in Abstracto non est omnipotens, quia, ut monui, Abstractum in subiecto perse expenditur. Et eam ob causam solet addi interpretatio ista: In abstracto, hoc est, Humana natura P E R S E considerata. Hæc sunt perspicua, et moderatis hominibus sufficere possunt. Nam nemo hominum omnes subtilitates eruere, neq; omnes omnium tendiculas animaduertere, aut cauillationes euitare potest.

B

Quod



Mens Lut<sup>er</sup> Quod uero Lutherus inquit in Esa: cap. 53. Di-  
theri. uinitus esse factum; quod quedam uocabula appellentur  
Sup. 15. Concreta, quedam abstracta. Non probat hanc sententi-  
am, tantum has uoces esse notas uocabulorum. Nam in  
bis uerbis tantum loquitur de quaestione An sit, Luthe-  
rus, non instituit definitiones istorum terminorum. Ino-  
ut testimonia eius suo loco consignata, ostendunt, Luthe-  
Abstractū rius satis dilucide docet, Abstractū dici naturam Chri-  
Luthero sti, per se aut seorsim consideratam. Non opus igitur est  
quid: Inf. 56. Lutheru in his uerbis peregrinam sentenciam affingere.  
Manat autem hoc posterius ex definitione re, nempe:  
Quia Abstractum dicitur natura, secundum se aut seor-  
sim considerata. Ergo notat ista uocabula, unam Christi  
naturam significantia. Nihil igitur opus est nouitati  
studere, ubi in antiquis uij s recte possumus ambulare &  
subsistere.

## DE LOCUTIONIBVS.

Esse Abstractum.

In Abstracto dici.

In Abstracto esse.

In Abstracto tribui.

In Abstracto habere.

Diligenter

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

19.

Diligenter obseruandum est, quid istae noxes significent, ut grauiissimarum rerum confusio prudenter caueatur. Nam uel imperitiores, uel minus attentos interdum in ijs impingere & hallucinari, non est ignotum.

Esse Abstractum, pertinet ad alterutram Christi naturam, secundum se seu seorsim consideratam. Interdum tamen tantum sancti seu simpliciter usurpatur, ut monui. Sup<sup>a</sup>. 16.

In Abstracto dici, est praefatio quasi propositionis Abstractiæ, & sermonis nota, quando uidelicet subiectum propositionis est Abstractum uocabulum. Rectius tamen & planius sic efferretur: per Concreta uocabula dicitur, &c. Sunt igitur hæ locutiones extra propositiones collocandæ, ne quid erroris, uel saltem, ne quid ambiguitatis pariant. Imo etiam dextre explicandæ atq; intelligende sunt, extra propositionem, ne error inuoluatur. Nam hoc certum est, si hæc uerba extra propositionem collocentur: In Abstracto dicitur: Humanitas Christi est omnipotens: Ista praefatio autem sic explicetur atq; intelligatur: In Abstracto dicitur: hoc est, Natura humana PER SE considerata est omnipotens,

B z

Tum

Tum ista limitatio seu explicatio uiciat totam propositio-  
nem. Quando enim Humana natura PER SE  
consideratur, tantum ei naturales suæ proprietates  
atribuendæ sunt.

In Abstracto autem esse: In Abstracto tribui: In  
Abstracto habere: ad prædicatum in propositione per-  
tinent: quia aliquid de subiecto affirmant aut pronunciāt,  
Id quod omnes sani facilimè uident. Idem iudicium est de  
concreto. Ut, in Concreto esse: In Concreto tribui: In  
Concreto habere.

Prudenti iam igitur magna pietate & cura attendendum est,  
sinceroq; iu quid pie, sane, dextre naturæ cuilibet in Christo,  
dicio opus in Abstracto: & quid personæ, seu utrisq; Christi  
est in usur-  
patione ho naturis in Concreto attribuatur. Nam res sunt sublimis-  
rum uoca- simæ, grauißimæ, ampliissimæ, & facilimus est lapsus  
bulorum. propter infirmitatem naturæ nostræ. Paulò post autem  
ista explicabimus.

In { Abstracto } { Concreto } habere quid significant.

In Abstracto habere Locutio in Abstracto tribui, uel in Abstracto  
habere, significat id, quod alterutra Christi natura habet  
secundum se, aut seorsim considerata. Ut, Humanitas  
Christi

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

21.

Christi habet in Abstracto, quod est in tempore facta:  
quod est finita. In Corpore doctrine Prutenico sic ex-  
plicatur: Quando naturales proprietates ei attribuun-  
tur. Opponitur autem locutioni, In Concreto habere. In Con-

Locutio itaq;: In Concreto habere, significat id, creto ha-  
quod utræq; naturæ Christi habent in persona, seu con-  
iunctim, & opponitur uicissim locutioni, In Abstracto  
habere. Ut, Christus est omnipotens secundum utramq;  
naturam.

Hic addenda est & illa admonitio: Interdum ex-  
presso inseruntur orationi hæ locutiones: In Abstracto  
habere, uel in Concreto habere, Aut ponuntur æquipollen-  
tia uerba. Interdum uero subintelliguntur. Ut cùm dico:  
Humanitas Christi est creatura: Hic oportet subin-  
telligi, scilicet in Abstracto, secundum se aut seorsum  
considerata. Item, cùm dico: Caro Christi est uiuifica,  
subintelligi necesse est, scilicet in Concreto. Nam uiu-  
ficatio utriq; naturæ, hoc est, personæ conuenit. Plana  
locutio est: Natura Christi humana suscitat mortuos in  
Concreto, &c.   
Esse, in fiduci ab eodem habere: {  
Habere } & QVOMODO { habere: } differre.  
Tribui, { tribui: }

B 3

Tantum

**Quòd sit:** Tantum perspicuitatis gratia, ista quoq; monenda  
**Quomo- do sit.** sunt. Non enim sunt idem, esse, & quomodo aliquid sit.  
*Vt, Adam est homo, Eva est homo, Abel est homo,*  
*Christus est homo.* Sed si quæras **QVOMODO?**  
 tum explicandum uenit: *Adam esse hominem ex puluc-*  
*re terræ. Euam esse hominem ex costa uiri. Abele esse*  
*hominem ex naturali Adæ & Euæ propagatione.*  
*Christum esse hominem, ex sola intemerata uirgine, obum-*  
*brante uirtute altissimi.*

**Habet:** Sic differunt habere, Et quomodo habere. Habet  
**Quomo- do habet.** opes Abraham. Habet opes Verres. Sed si quæras  
**QVOMODO?** respondendum est: Abraham  
 habere opes, ex benedictione Dei per suos labo-  
 res. Verrem uero habere opes ex rapinis & in-  
 iurijs.

**Tribuitur:** Sic non sunt idem, quando alicui tribuitur uirtus &  
**Quomo- do tribui-** potentia, aut alia res: Et quando explicatur, quomodo ei  
 ista attribuantur. Exempli gratia:

*Humanitas Christi est omnipotens, seu habet om-*  
*nipotentiam, seu tribuitur ei omnipotentia: Hæc*  
*propositio loquitur de esse, de habere, de tribui, nec ex-*  
*ponit diserte QVOMODO.*

Sed

Sed cùm dico: *Humanitas Christi in ABSTRACTO est omnipotens, IN ABSTRACTO habet omnipotentiam, IN ABSTRACTO ei tribuitur omnipotentia:* Hæc propositio loquitur de *QVOMODO*, quanam ratione Christi humanitas sit omnipotens, nempe, *IN ABSTRACTO*: quanam ratione habeat omnipotentiam, nempe *IN ABSTRACTO*: quanam ratione ei tribuatur omnipotentia, nempe *IN ABSTRACTO*. An autem hæc oratio sit uera, postea explicandum erit.

## DE PROPOSITIONE.

*Humanitas Christi est omnipotens, viuifica,  
adoranda*

*Immota est hæc propositio, licet odio & ira rum-  
pantur Sacramentarij. Ratio firmissima est, quia hæc  
communicata & data esse humanitati Christi,  
Christus ipse assuerat & docet: Mibi, inquit, da-  
ta est omnis potestas. Concedunt autem eruditio= Matt. 28.  
ores Sacramentarij ipsimet: Quicquid in tempore da-  
tum est Christo, id datum ei esse iuxta humanam*

*naturam.*

naturam. Nam iuxta diuinam eius naturam, habet ac possidet omnia ab æterno, tanquam unigenitus à patre. Sic Iohan: 6. dicitur, Carnem Christi esse uiuificam. Et hanc doctrinam præstantissimi patres accerrime propugnârunt, atq; contra aduersarios suos euicerunt.

Pronunciat itaq; hæc propositio de E S S E, nempe, QVOD SIT omnipotens, uiuifica, adoranda, Non pronunciat QVOMODO ea sit omnipotens, uiuifica, adoranda.

Iam igitur si uelis prædicatum euoluere, QVOMODO sit illa Christi humanitas, omnipotens, uiuifica, adoranda, tum necesse est te plane dicere, NON IN ABSTRACTO, sed IN CONCRETO, hoc est, in persona. Nam ista: nempe omnipotentia, uiuificatio, adoratio, utrisq; naturis conueniunt, utræq; Naturæ ea habent.

Declaratio  
notanda. Solet autem ab eruditis rectè & necessario addi, quædam limitatio seu explicatio, nempe, quod omnipotentiā, uiuificationem, adorationem, natura Christi diuina habeat per se, & quidem ab æterno, licet nunc post incarnationem ea non habeat ab humana natura se iunctim. Naturam uero humanam in Christo, habere ea NON PER SE, aut seorsim, sed per communicationem Idem, in unione personali.

De Pro-

## DE PROPOSITIONE.

Humanitas Christi, IN ABSTRACTO  
est omnipotens, uiuifica, adoranda.

*Hec propositio non tantum pronunciat, quod Hu-*  
*manitas Christi SIT omnipotens, uiuifica, adoranda,*  
*Sed etiam decernit QVOMODO, nempe, IN*  
*ABSTRACTO. Quod uero hæc propositio non*  
*consistat, ex evidenter & luculentis rationibus patet.*

Argumen-  
ta ac ratio-  
nes graui-  
simæ, cur  
hæc propo-  
sitio sit  
falsa.

1.

*Quia IN ABSTRACTO habere, dici-  
tur, in natura secundum se considerata, habere, seu scor-  
sim considerata, habere. Sed natura humana secundum se  
seu scorsim considerata, non habet omnipotentiam, uiuifi-  
cationem, adorationem, sed habet per communicationem  
idiomatum in unione personali, scilicet INCON-  
CRETO, Id quod in Ecclesia Dei manifestum est.*

*Quia in hac propositione, ubi tam expresse additur  
IN ABSTRACTO, hæc phrasis opponitur  
alteri INCONCRETO. Hinc autem falsissi-  
mum dogma nasceretur: Humanitatem Christi, NON  
INCONCRETO esse omnipotentem, uiuificam,  
adorandam.*

2.

B s

Quia

3.  
Regula no  
tabilis.

Quia essentiales proprietates cuiuslibet naturæ in Christo, NON sunt essentiales proprietates alterius naturæ. Ratio perspicua est, quia ea ratione fieret confusio, conuersio, & exæquatio naturarum. Id quod contra articulos fidei nostræ est. Nam si natura humana in Christo, IN ABSTRACTO habet omnipotentiam, uiuificationem, adorationem, tum ea habet secundum se considerata, & hoc pacto seorsim habet, & factæ sunt essentiales naturæ humanae proprietates. Constat autem in domo Dei, omnipotentiam, & uiuificationem, tantum esse diuine Christi naturæ, Essentiales proprietates. Communicari autem humanae naturæ in Christo, in unione inquam personali reuera, ut & humana Christi natura sit omnipotens, uiuifica, & adoranda, sed non ut ista fiant essentiales proprietates naturæ humanae.

4.

Quia hæc propositio reuera gignit duas personas Christi, seu duos Christos. Nam humanae naturæ Christi, IN ABSTRACTO, hoc est, humanitatí secundum se consideratæ, attribuit omnipotentiam, uiuificationem, adorationem.

Quia

ABSTRACTO THEOLOGICO.

27.

Quia nomina officiorum Christi, utrique naturae  
competunt. Non igitur in Abstracto eis tribuenda  
sunt.

50

Quia sacræ literæ, non sic pronunciant.

6.

Quia nemo veterum aut recentiorum Theologo-  
rum in Ecclesia Dei sic est locutus.

7.

Quia Lutherus egregium mundi lumen, & Re-  
purgator cœlestis doctrinæ hoc nostro seculo, claris  
& disertis uerbis negatiuam affruiit: Humanitatem  
Christi esse omnipotentem, uiuificam, adorandam, NON  
IN ABSTRACTO: sed IN CONCRE-  
TO. Testimonia eius rei extant.

8.

In 53. cap. Esaiæ anno 1544. Recte  
dicitur: Naturam humanam adorari, NON IN  
ABSTRACTO, sed IN CONCRETO,  
Quia est una persona, ut non possis adorare DEVUM,  
quin adores hominem. Ibidem: Constituisti cum super  
omnia opera manuum tuarum, Also sol es auch heissen/  
secundum naturam humanam. Sed TANVM se-  
cundum CONCRETIONEM, ut etiam An-  
geli omnes adorent, flectant genua illi filio Virginis  
fugenti ubera, & dicant, Tu es creator & Domi-  
nus, &c.

I. Tomo

1. Tomo Islebiensi fol: 206. Wenn wir sagen/  
 Christus der Mensch ist Schepffer Himels vnd  
 der Erden / an den man gleuben vnd vertrawen/o-  
 der den man anbeten sol / so reden wirs nicht von  
 dem blossen vnd abgesondertem menschen / VON/  
 AB S S E R / V N D O N G O E & sondern  
 reden von dem Menschen/oder von der Person/die  
 zugleich Gott vnd Mensch ist/ in einer person/vn-  
 gesondert vnd vnzertrennet/nemlich/ de Deo incar-  
 nato , von dem ich nicht IN ABSTRACTO  
 oder absolute, wie es die Alten genent / Sondern  
 IN CONCRETO sagen mus / CHRISIUS  
 Gottes vnd Marien Son/ ist Schepffer Himels  
 vnd der Erden / den man ehren vnd anbeten mus.

9.

Quia pugnat cum Corpore doctrinæ Ecclesiæ  
 Prutenicæ, quod perspicue docet, NON soli huma-  
 nitati Christi attribui omnipotentiam, saluationem, &c.

Non est  
 tantum bel-  
 lum Gram-  
 maticale.

Nequaquam igitur Logomachia est, monere ac  
 profiteri, hanc propositionem !impiam & blasphemam  
 esse, quia phrasis in ABSTRACTO ei inseri-  
 tur. Euerit enim summos fidei articulos, & gigniter=  
 rores grauissimos, & quidem non paucos. Non iudi-  
 cabatur Logomachia, cum impugnaretur ab Ecclesiæ  
 doctori-

OMOI. I

D E T R E A

Wenn wir so  
heppfer Himmel  
vnd vertragen  
den wirs nicht  
menschen / De  
G O D E s son  
onder Person  
einer person  
lich/ de Deo  
B S T R A C  
enent/ Con  
us/ Chri  
scheppfer Han  
nd anbaten  
doctrine Et  
VON fol  
saluationem  
est, more  
O blasphem  
CTO ci  
os, O g  
os. Da  
tur ab E

ABSTRACTO THEOLOGICO.

29.

doctoribus, unius literæ insertio in uocem οὐκούσιον Cyril.lib.  
cū Ariani dicerent, uocem οὐκούσιον potius usurpan= I. dial. de  
dam esse. Itaq; multò minus non necessaria concertatio mo. 2.  
æstimanda est, quando hæc uerba: IN ABSTRACTO, orationi interponuntur, quia totam propositio-  
nem deprauant.

Insuper non saluat propotio, etiam si hæc uerba  
IN ABSTRACTO, ad subiectum referantur.  
Nam eodem res redit. Attende enim si sic dicatur:  
*Abstractum: Humanitas in Abstracto, est omnipotens.* Nonne tali pacto limitaretur subiectum, quod hu-  
manitas secundum se aut seorsim considerata, sit omni-  
potens. Sed hæc potius propotio uera & immo-  
ta est, *Humanitas Christi, IN CONCRETO,*  
& NON IN ABSTRACTO, est omni-  
potens, uiuifica, adoranda.

Sed objeicitur: Quædam pariter per Abstracta,  
& per Concreta uocabula efferri?

Respondeo, Ita est, Sed si inseras propositioni:  
IN ABSTRACTO, uitiabitur propotio. Ut,  
*Humanitas Christi, est omnipotens:* licitum est dicere,  
quia reuera humanitati communicata est omnipotentia  
in unione personæ. Sed si addas, *Humanitas Christi, IN*  
*Abstracto,*

*ABSTRACTO* est omnipotens: propositio fit falsa & blasphema. Ratio est, quasi uelis adiucere *QVOMODO* ea sit omnipotens, necesse est te dicere, *Humanitas Christi IN CONCRETO* est omnipotens, & non *IN ABSTRACTO*, *Vt Lutherus, & alij Orthodoxi monent ac docent. Sed de his paulo post plura.*

*Si quis uero hac arte uellet effugere: Abstractum tantum est nota uocabuli.*

*Sed hic dicitur: Humanitas Christi in abstracto est omnipotens.*

*Ergo tantum dicitur: Humanitas Christi est omnipotens.*

*Respondeo, Multiplex impostura hic ab attentis facile deprehenditur. Nam primum sunt scopæ dissolutæ. Nulla est enim compositio argumenti. Deinde Maior est falsa. Tertio in Minor, phrasis in abstracto, pertinet ad prædicatum. Et quid contineat hæc locutio: In *Abstracto* esse, seu habere, supra expositum est. Ino sic exponitur: In abstracto, hoc est, humana natura PER SE considerata. Et sic patet limitatio, ex qua propositio uiciatur. Quis sic loqueretur: Humanitas Christi*

ABSTRACTO THEOLOGICO.

31.

in humanitate est? &c. Summa, hæc propositio futuris  
& glossis non potest saluari.

AN RECTE DICATVR.

In Abstracto dicitur: Humanitas Christi est omni-  
potens.

In Abstracto licet loqui: Humanitas Christi est  
omnipotens.

Per Abstracta vocabula licet loqui: Humanitas  
Christi est omnipotens.

Vexatio dat intellectum, inquit Propheta. Nam <sup>Esa. 28.</sup> Disputatio  
certamina de controversijs, cogunt homines ea obserua-  
re, quæ aliâs non tam sollicitè & accurate perpendunt  
trouersijs sunt fru-  
tur, & extra controversias simpliciter absq; dolo malo euosæ.  
proferuntur.

Vera autem & immota est hæc doctrina: Huma-  
nitas Christi est omnipotens. Ratio est, quia uerè ei est  
communicata, teste Christo: Mibi data est omnis pote= <sup>Matt. 28.</sup>  
stas, hoc est, humanitati Christi unitæ & & &  
<sup>Sup. 23.</sup>

Vera igitur etiam & immota est hæc doctrina:  
Humanitatem Christi esse omnipotentem, NO N  
IN Abstracto, hoc est, humanam naturam PER  
SE consideratam: Sed IN CONCRETO, hoc  
est, in unione illa personali.

Vera

Vera & immota & hec sententia est: Omnipotentiam hanc à filio Dei, assumente humanam naturam in unionem personæ, humanæ naturæ esse communicatam, NON, ut fieret unquam essentialis aut naturalis proprietas naturæ humanæ. Ratio, Quia omnipotentia filij Dei est una duntaxat, nec admittit ullam diuulsionem aut mutilationem. Est igitur & manet tantum essentialis & naturalis proprietas filij Dei. Quod autem ea sit communicata humanæ naturæ, à se in unionem personæ assumptæ scimus & credimus iuxta Dei uerbum. Scimus & credimus, quod eam natura humana habeat, &c. Sed QVOMODO, Mysterium est, quod nos neque assequi, neque explicare ualemus in hoc seculo. Satis autem est, nos & hanc negatiuam scire, quod omnipotentia NON sit facta essentialis & naturalis proprietas ipsius naturæ humanæ. Non enim est uel exæquatio naturarum, uel confusio earum facta.

Non igitur moramur argumenta Sacramentariorum, qui ex cæsa sua Ratione proferunt, quasi humana natura, omnipotentiæ illius diuinæ non sit capax. Nam QVOD sit omnipotentia, humanæ Christi naturæ, assumptæ in unionem personæ, communicata, ex uerbo

Dei

Dei, ut diximus, scimus. **QVOMODO** uero' <sup>Contra'</sup>  
 id factum sit, creatori totius mundi commendamus, <sup>Quomo-</sup>  
<sup>ditas.</sup> nec ultra metas uerbi diuini efferimur. Credimus  
 iuxta Dei uerbum: Humanam Christi carnem sedere  
 ad dexteram patris omnipotentis. Sed **QVOMO-**  
**DO** id sit, nondum scimus. Nec tamen captiose ista ac-  
 cipientur. Scimus dexteram Dei, uirtutem & omnipot- <sup>Dextera</sup>  
 tentiam Dei significare. Scimus igitur & humanitatem <sup>Dei.</sup>  
 Christi esse omnipotentem.

Hæc igitur in Orthodoxa Ecclesia, hoc est,  
 recte iuxta uerbum Dei sentiente, sunt extra contro-  
 uersiam.

Iam quod ad illas phrases, extra propositionem po-  
 sitas attinet:

In Abstracto dicitur.

In Abstracto licet loqui.

Per vocabula Abstracta licet loqui.

Ego quidem, ut ingenue fatear, simpliciter & deu-  
 nus tantum eas intellexi, & sic ab alijs quoque accepi,  
 nempe, quod hæc præfatio tantum notet Subiectum, quod  
 sit Abstractum. Nec definiat, **QVOMODO** ibi  
 in propositione Humanitas sit limitanda, seu **QVOMO-**  
**DO** habeat omnipotentiam. Et quod Abstractū tali

quidem pacto, extra propositionem collocatum, non iuxta definitionem rei sit accipiendum, sed simpliciter nominari unam tantum naturam.

Et eatus tantum, remoto omni dolo malo, adhuc non improbo, eiusmodi præfationem illi propositioni præmitti.

<sup>Sup. 5.</sup> Sed quando vox *Abstracti* in illa præfatione limitatur, & non aliter quam iuxta definitionem rei usurpatur, uidelicet, pro ipsa natura humana P E R S E aut S E O R S I M considerata (sic enim *Abstractum* à doctissimis uiris definiri, suprà ostensum est) tum hac ipsa declaratione & limitatione, tota propositione uitiatur & depravatur, nempe, quod ea oratio tali pacto, taliq; limitatione & declaratione sit accipienda: Humanitatem Christi P E R S E consideratam, esse omnipotentem, uiuificam & adorandam. Sic enim inquam, ex præfationis illius limitatione, tota oratio elucidatur & sonat.

Iam uero, Natura humana Christi P E R S E considerata, N O N est omnipotens, N O N est uiuifica, N O N est adoranda.

Rationes

ABSTRACTO THEOLOGICO. 35.

Rationes evidentes & illustres sunt: Quia, quando natura PER SE consideratur, tum ei naturales proprietates attribuendae sunt, teste Corpore doctrinæ Prutenico. Expenditur enim, quid ea PER SE habeat, quid naturaliter ei conueniat.

Sed natura humana Christi, NON habet omnipotentiam naturaliter. Non habet uiificationem naturaliter. Non habet adorationem naturaliter: Sed habet ea omnia, per donationem & communicationem filij Dei, in assumptione naturæ humanæ in unionem personæ.

Quia, non est facta exæquatio naturarum, in unione illa personali Christi.

Quia, Nec facta est Confusio istarum duarum naturarum in Christo. Humanitas enim non est facta diuinitas.

Quia officijs nomina, in doctrina de Christo, non tribuuntur uni naturæ PER SE consideratae, &c.

Non itaq; licitum est in Ecclesia Christi dicere: Humana Christi natura, PER SE considerata, est omnipotens, uiuifica, adoranda.

C z

. Nec

Nec licet dicere : Humana Christi natura scorsim considerata, est omnipotens, uiuifica, adoranda.

Non licet dicere : Humana Christi natura S O L A, est omnipotens, uiuifica, adoranda.

Nam hoc pacto dividuntur naturæ, & fiunt duæ personæ, duo Christi, iuxta sententiam Corporis Prutenici. Positis enim eiusmodi antecedentibus, tanquam malis arboribus, enascuntur inde tales consequentiae, tanquam mali fructus. Iam, teste Lutherò, Vanitas est, negare consequens, & nihilominus afferere Antecedens.

Est igitur Humana natura Christi omnipotens, uiuifica, adoranda, IN CONCRETO, ut diximus, in unione personali. Non autem in ABSTRACTO. Non, PER SE considerata. Non, SEORSIM considerata. Non S O L A.

Non trahatur itaq; ista præfatio in propositionem ipsam: Non limitet propositionem Q V O MODO. Sed sit eatenus tantum Nota uocabuli, quod de una natura solummodo dicatur. Quod si uero hoc additur, PER SE considerata, tum hoc transit in propositionem.

Imo

ABSTRACTO THEOLOGICO. 37.

Imo retenta potius firmiter propositione uera & immota: Humanitas Christi est omnipotens, præfationem illam, si periculum aut uim afferat ueræ doctrinæ, omittamus.

Hec uolui tam plane exponere, ut quantum fieri potest, ab insidijs & imposturis simus immunes, & Ecclesia Dei incontaminatam ueritatem retineat, ac præstigias caueat.

An perinde sit, uoces IN ABSTRACTO referre in hanc propositionem,  
uel extra eam collocare: nempe:

Humanitas Christi est omnipotens.

Nemo hominum satis ciuitare uel confutare potest mirabilem & audacium hominum conatus. Sunt tamen simpliciores præmonendi, ne sibi patientur falsa obtrudi. Stolidæ autem & impia est illa sententia, perinde esse siue dicatur.

In Abstracto licet dicere: Humanitas est omnipotens. Siue dicatur.

Humanitas Christi, IN ABSTRACTO  
est omnipotens.

Nam prior propositio, uoces IN ABSTRA-  
CTO, se non recipit, Verum extra se relinquunt,  
ueluti indicem, quia de una natura Christi dicatur.  
Non autem definit ulte<sup>re</sup> is, QVOMODO hu-  
manitas sic sit consideranda.

Si uero quis hic ita accipiat atq; euoluat indi-  
cem ulterius, quod hoc uelit: Humanitatem PER  
SE consideratam esse omnipotentem, tum corrumptit  
ipsam propositionem. Id quod s<sup>e</sup>pius iterandum ue-  
nit.

Sed in posteriori propositione, cui insertae sunt  
uoces in Abstracto, MODVS definitur atq; de-  
claratur, ubi phrasis propri<sup>e</sup> iuxta definitionem rei ac-  
cipienda sit.

Reuera igitur fit membrum eius orationis, nec  
saluat hoc quidem in loco eas uoces ista elusio, quod pa-  
renthesi sint includend<sup>e</sup>. Nam etiam hac ipsa ratione  
limitat & exponit, QVOMODO Humanitas  
Christi sit omnipotens. Estq; noua & inepta elusio,  
ignota Theologis. Recte itaq; a Theologis ueteribus  
atq; recentibus negativa in hac propositione tenetur,  
teste Luthero.

ABSTRACTO THEOLOGICO. 39.

Ac uanitas non parua est effutire: Scholasticos  
hasce uoces in Abstracto, in hanc ipsam propositio-  
nem inseruisse. Nam contrarium probat & euincit te-  
stimonium ex Thoma supra c. 7<sup>um</sup>, cui quicquid reliqui  
Scholastici suffragantur. <sup>Sup. s.</sup>

Nusquam igitur dicunt Scholastici: Humanitatem  
Christi IN ABSTRACTO esse omnipoten-  
tem. Vel:

Humanitatem Christi P E R S E considera-  
tam esse omnipotem.

Non igitur accet nos Christianos, talium propo-  
sitionum conciliatio.

PER SE HABERE,  
ET  
VERE AC REALITER  
communicatum esse: differre  
non nihil.

ARGUMENTVM.

Quicquid uere ac realiter est communicatum hu-  
manæ naturæ in Christo, id etiam ea per se habet ac pos-  
sideret.

Sed humanæ Christi naturæ, uere ac realiter est  
communicata omnipotentia. C 4 Ergo

Ergo humana Christi natura, per se habet ac possidet omnipotentiam.

Respon: Maior neganda est. Struit enim insidias Per se considerare, intermixtum, per se habere. Vocant autem Theologi, usitata loquendi forma, per se considerare, quando alterutra Christi natura consideratur, qualesnam ea NATVRARALES proprietates habeat. Item per se considerata, esse, aut habere dicitur, quando explicatur, qualesnam unaquamq; natura Christi, NATVRARALES proprietates habeat, & sola considerata, habeat. Ut, natura diuina filij Dei per se considerata habet, id est, ex sua natura habet, esse ab eterno, esse immensam naturam, esse coessentialm patri & spiritui sancto. Natura uero humana, per se considerata, habet, esse creatam, finitam, & similia.

Præterea, habere uerè ac realiter per communicationem idiomatum: Et: per se habere, differunt.

Per se habere, pertinet ad naturalium proprietatum cuiusq; naturæ considerationem. Sed uerè ac realiter habere, hoc loco, ad communicationem idiomatum pertinet, quæ ex uerbo Dei certa & uera est. Ut, Omnipotentia uerè ac realiter est communicata humanae naturæ in Christo, assumptæ in personalem unionem.

Itaq;

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

41.

Itaq; eam omnipotentiam uerè ac realiter, natura in Christo humana, habet atq; usurpat. Sed per se considerata natura humana, omnipotentiam diuinam non habet. Ratio evidens est: Nam, Quando per se consideratur alterutra natura Christi, tum attribuendæ sunt ei sue naturales proprietates. Sed Omnipotentia diuina non est naturalis proprietas humanae Christi naturæ, nec unquam fiet naturalis eius proprietas.

Recte itaq; & sane dicitur: Humana Christi natura, uerè ac realiter habet omnipotentiam. Verè ac realiter est omnipotens. Ratio est: Quia uerè ac realiter ei à filio Dei communicata est.

Sed non recte neq; sane dicitur: Natura Christi humana, PER SE considerata, habet omnipotentiam diuinam. Per se considerata, est omnipotens. Ratio est: Quia Omnipotentia non est naturalis proprietas naturæ humanae.

Recte & sane dicitur: Natura filij Dei diuina, PER SE, & sola considerata, habet omnipotentiam, & est omnipotens. Ratio est, Quia Omnipotentia est naturalis proprietas filij Dei.

Sed non recte neq; sane dicitur: Natura Christi humana, per se & SOLA considerata, habet omnipotentiam,

C S

tentiam,

rentiam, aut est omnipotens. Ratio est, quia omnipotencia, non est naturalis proprietas naturae humanae.

Etsi autem natura Christi humana plurimas habet prerogativas praeceteris hominibus, tamen quaecunque habet ex unione illa personali, non habet ex sua propriis natura seu naturaliter. Sed habet ex communicatione, ex donatione. Estque hoc principium immotum: Proprietates diuinae naturae, nunquam fiunt Essentiales aut Naturales proprietates creaturae. Quomodo igitur habentur, si non fiunt essentiales proprietates? Respondeo, Quod communicantur in hac unione personali, Et quod habeantur, ex verbo Dei certum est. Item, Quod usurpentur, certum est. Item, Quod nunquam fiunt naturales humanae naturae proprietates, certum est. Amplius inquirat et explicet, qui potest.

Adiacio et hoc. Maior ista, etiam in Physicis universaliter non constat, nempe: Quicquid uere ac realiter alicui communicatur, id per se habet. Nam anima communicat corpori uitam. Sed corpus, per se consideratum, non habet uitam. Sic ignis ferro communicat calorem. Sed ferrum per se consideratum, non habet calorem. Humanus

Simile.

ABSTRACTO THEOLOGICO.

43

Humanitas Christi est omnipotens per com-  
municationem idiomatum.

Et

Humanitas Christi in Abstracto est omni-  
potens per communicationem idio-  
matum: differunt.

Prior propositio uera & immota est, quia reue-  
rā humanæ naturæ Christi, assumptæ in unionem per-  
sonæ, est communicata omnipotentia, uiuificatio, adora-  
tio. Matth. 28.

Posterior autem propositio non est uera. Ratio  
est: Quia omnipotentia non est communicata humanæ  
Christi naturæ, ut eam in ABSTRACTO habe-  
ret. Nam omnipotentia nunquam fuit: nunquam est: &  
nunquam erit Essentialis aut Naturalis proprietas hu-  
manæ naturæ. Humana igitur Christi natura P E R  
SE considerata, non habet omnipotentiam. Habet au-  
tem omnipotentiam humana Christi natura, Idq; uerè  
ac realiter, in Concreto, in persona, per communicatio-  
nem idiomatum.

In hac simplicitate & rectitudine persistant pīj,  
nec patiantur se ab ea per uentos homines & gyra-  
tiones mirabiles auelli & propulsari.

De

## De quibusdam prædicationibus

*Abstractorum.*

Extant alij libelli, in quibus hæc doctrina de prædicationibus *Abstractorum* & *Concretorum* aliquanto copiosius traditur. Nunc autem uisum est tantum unam atq[ue] alteram attingere. Ut:

*Abstracta de Abstractis* non prædicantur: Vt, *Humanitas* est diuinitas. Item, diuinitas est *humanitas*, non licet dicere. *Ratio* est, Quia non est facta per mixtio naturarum in unione hypostatica duarum in Christo naturarum.

*Abstractis uocabulis*, non possunt ea IN ABSTRACTO attribui, quæ utrisq[ue] naturis in persona Christi conueniunt. Ut non sane dicitur: *Humanæ Christi natura*, in ABSTRACTO est saluatrix. *Ratio* est, quia salutatio utrisq[ue] Christi naturis in persona competit.

*Abstractis* igitur uocabulis ea tantum IN ABSTRACTO attribuenda sunt, quæ naturæ alterutri secundum se aut scorsim congruunt. Ut, *Natura Christi humana* est creatura. *Natura Christi diuina* non est creatura. *Ratio* est, quia *humanitatis secun-*

*dum*

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

45.

dum se, aut seorsim consideratae hoc conuenit, quod sit facta in utero Mariæ. Sic Corpus doctrinæ Prutenicum inquit: Quando distincte de Natura altera agitur, naturales ei proprietates attribuuntur. Pag: 8.b.

Quædam in abstracto seu per abstracta uocabula, & per Concreta uocabula, pariter recte de Christo prædicantur. Ut Christus est omnipotens. Et: Humana Christi natura est omnipotens. Ratio est, Quia utriusque natura in Christo habet omnipotentiam. Sed omnis fraus, quantum quidem fieri potest, cauenda est. Nam si has uoces: In Abstracto, seu per Abstracta uocabula prædicatur: Videlicet sic interpretari, hoc est, humana natura PER SE considerata, est omnipotens, uiuifica, adoranda, tum non recte sic dicitur. Itaque illa phrasis extra propositionem simpliciter deneganda est accipienda, QVOD SIT, non de QVOMODO sit. Cum contentiosis autem, non puto ultius contendendum esse.

De vocibus: Separatim. Item extra personam.

In definitione Abstracti, solent à quibusdam & hæ uoces: separatim considerata, addi. Ab aliquibus & hæ: Extra personam considerata. Item, inscruntur & illa

¶ illa in ea tractatione: QVA SI cogitatione ab-  
stracta. Item: per cogitationem abstracta, consideratur.  
Docendi causa, &c.

Hec autem & similia, quidam reprehendunt,  
causam afferentes, quia prorsus nulla sit abstractio ul-  
lius naturæ ex persona Christi uel imaginanda uel fa-  
cienda. Has uoces autem: Separatim: Extra personam:  
quasi cogitatione abstracta seu separata: Abstractio-  
nem seu diuulsionem naturarum in Christo sonare, que  
quidem sit impia & nefaria. Ergo eas locutiones pror-  
sus esse, eo quidem in loco uitiosas, & simpliciter delen-  
das atq[ue] remouendas.

Sed licitum est pijs, nonnihil considerare, an ista  
tam inclementem reprehensionem mereantur, uel non?  
Ad argumentum igitur respondeo. Maior uera est  
de abstractione secundum esse, hoc est, Physica seu re-  
ali. Nam unio personarum in Christo, postquam est  
facta, est æterna. Ac sine omni dubitatione is heret-  
icus est merito iudicandus, qui realem & Physicam  
abstractionem seu diuulsionem naturarum in persona  
Christi, docet uel profitetur, uel imaginatur, nisi moni-  
tus aliter sapere discat.

Sed

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

47.

Sed mente alterutram naturam Christi, secundum se, aut seorsim considerare, id uero nequaquam est tantum scelus, quantum Physice nimirum & realiter naturas in Christo diserpere, lacerare, diuellere. Satis uetusta est illa diuisio, Abstractum aliud esse, secundum intellectum, aliud secundum esse, hoc in loco nequaquam admitti, sed duntaxat secundum intellectum. E quidem uiui hominis diuulsionem, nemo non iudicat nefarium esse scelus, si absq; Magistratus legitimo iudicio fiat. Sed tamen nemo, ut opinor, prohibuerit, quo minus mea mente, a uiuo homine, animam quasi abstractam, dum eam secundum se aut seorsim considero, citra omnem uiuae hominis substantiae lesionem aut iniuriam.

Si quis igitur hic exclamat, atrox facinus perpetrari, animam a uiuo corpore hominis abstracti, Quis non animaduertet, eum fallaciam a dicto secundum quid, ad dictum simpliciter contexere? Hoc est quod de Abstracto mentis sobrie & prudenter dicitur, id de Abstractione Physica, reali, secundum esse, interpretari. Hec igitur necesse est diligenter obseruare, quod Maior sit indistincta, eamq; ob causam non uere uniuersalis.

Nunc

Nunc ad Minorem respondeo:

I. Cūm multi præstantes Theologi, nostra quodætate, his uocabulis usi sint, dolendum est, eis de hisce uocibus bellum indici, Ut Brentio, Chytræo, Chemnicio, Marbachio, & alijs.

II. Constat toti orbi Christiano, eos hisce uocibus separatim, item Extra personam considerata, usos esse orationibus, pro seorsim, item, pro secundum se. Cūm itaq; in definitione *Abstracti* tolerentur ista uerba, secundum se aut seorsim, res ipsa ostendit, per istas phrases, separatim, extra personam, &c. idem uoluisse authores exprimere. Sic germanicè etiam dicimus: In sonderheit etwas betrachten. Item unterschiedlich.

III. Diserte & clare à doctoribus additur ad illas uoces limitatio, nempe, QVASI separatim, item cogitatione abstracta, docendò gratia. Nam non solum constat eos authores de unione diuarum in Christo naturalium indissolubili in omnem usq; æternitatem, iuxta Orthodoxam fiduci doctrinam, rectè sentire & loqui, sed etiam in hisce locutionibus aperte testatum facere, quod loquantur de abstracto mentis seu intellectus, & non de abstracto secundum esse Physico, aut reali.

4. Si

¶ Si reprehensores eiusmodi declarationibus, & quidem hactenus satis diu in Ecclesia Dei, absq; eiusmodi reprehensionibus, à multis bonis, eruditis & excellentibus uiris usurpati, non possunt placari, agé, ego sane de hisce uocabulis cum nomine rixari constitui.

Abstineant ab usu istorum uocabulorum hoc in loco, quicunq; uolent. Nemini etiam inuideo, qui putat, se omnia magis proprie & splendidius prolaturum. Sentio præterea definitioni Abstracti nihil decadere, licet eæ uoces remoueantur. Sed ut illi anathematizentur, qui sobrie & cùm ista declaratione istis uocabulis usi sunt, neminem ut opinor, cogi debere. Visum autem est, quædam exempla ascribere:

Gregorius Nissenus.

Intellectu diuidente hoc, quod per misericordiam quidem unitum est, ratione autem discernitur.

Nazianzenus sermo: z. de Filio.

Sicut naturæ cogitatione discernuntur, ita etiam attributa discernenda sunt.

Cyrillus epist. 19.

Antiocheni bene ea, ex quibus Christus intelligitur, tanquam nudis & solis cogitationibus intuentes, naturarum quidem differentiam ponunt, eo quod non idem

De dentitunt sunt

sunt in qualitate naturali, diuinitas & humanitas, At-  
tamen unum filium, unam personam esse dicunt.  
Epiphanius.

Catholica Ecclesia à confusione alienam unionem  
confitetur, & naturas sola consideratione indiuisim dis-  
tinguit.

Brentius de unione personali, fol. 4.

Reipfa naturæ non possunt separari. Solo autem  
intellectu separari possunt. Idem de Maiestate Chri-  
sti fol 30.

Naturæ duæ in persona Christi, ita unitæ sunt, ut  
altera ab altera nullo loco separari possit: tamen solo in-  
tellectu in persona, non loco seperantur docendi gratia.

Lutherus in 3. cap. ad Galatas.

Scriptura de Christo Deo & homine uarie loqui-  
tur, scilicet, iam de tota persona, iam de duabus naturis  
ipsius secundum, aut diuina, aut humana. Si de naturis secun-  
dum loquitur, de Christo absolute loquitur. Si uero de di-  
uina unita humana in una persona loquitur, de Christo  
composito & incarnato loquitur. De nouissimis uer-  
bis Davidis.

Etsi uerum est nomen hominis per se propriæ de natu-  
ra humana intelligi, sicut Dei nomen (de natura diuina)  
secundum diuina naturæ tribuitur.

Idem

ABSTRACTO THEOLOGICO,

51

Idem am Christage über die wort i. Joha.  
IN IM WAR DAS LEBEN: Kirch-  
enpostul. Darumb ist nicht der blossen Mensch-  
heit Christi zu zuschreiben / das sie uns lebendig  
mache/ sondern in dem Wort ist das Leben/ welches  
in dem Fleisch wonet / vnd durchs Fleisch uns le-  
bendig macht.

In Confessione Wirtenbergensium fol. 12.

Tribuuntur omnipotentia, omnipresentia, naturæ  
humane, non perse aut absolute, quatenus SEORSIM  
et in sua substantia considerantur, uel qua Physice esset,  
uel ut nunc est gloria, cui iuxta Scripturam nostra  
corpora conformia fient, Sed propter unionem personæ  
alem, qua est humanitas in Christo collocata ad dexteram  
Dei.

Chemnicius de duabus naturis q. ult.

Singulæ naturæ in Christo habent per se naturalia  
sua idiomata. Hoc est, natura in Christo ratione hypostati-  
tie et unionis, non primum acceperunt naturalia sua idio-  
mata. Neque enim ideo facta est duarum naturarum  
unio in Christo, ut æternitas posset praedicari de diuina  
natura, utque passio et laceratio posset praedicari de carne.  
Illa enī sunt idiomata naturarum, quæ habent, etiam

D z

Quando

**QVANDO EXTRA VNIONEM**  
considerantur, & quia in unione naturæ cum suis propri-  
etatibus non sunt confusæ.

**Idem T. 4. fac. b.** Quidam urgent, ut de humana  
natura in Christo nihil, ne Scriptura quidem affirmante,  
credi uelint, quod sit supra, præter, ultra, aut contrana-  
turales cōditiones humanae naturæ, qualis est, SI PER  
SE, **EXTRA ILLAM VNIONEM**  
consideretur.

**Item Z. 2. fac. z.** Quidam primum genus com-  
municationis idiomatum ita intelligunt & interpretan-  
tur, quasi humana natura in Christo, nihil uel aliud, uel  
amplius acceperit, habeat, posset & agat, quam **E X T R A**  
**H Y P O S T A T I C A M** illam unio-  
nem, humana natura per se, iuxta Essentialia seu natu-  
ralia idiomata habet, potest & agit in alijs homini-  
bus.

**Item CC. facie z.** Quidam dicunt humanam  
naturam Christi in unione illa reuerâ nihil, uel aliud  
uel amplius accepisse, quam per se **E X T R A**  
**V N I O N E M** illam considerata, naturaliter ha-  
bet.

Wirtenber-

Wirtenbergenses in Confessione germanica

fol. 139.

Die Menschheit Christi ist allmechtig wörde/  
sie weis alle ding/ist auch ein Herzkündigerin/  
Aber keimes wegē IN ABSTRACTO, das  
ist AVSSE RHALB der person/ vnd von dem  
wort abgesondert verstanden noch gemeinet / als  
ob es die menschliche Natur für oder aus sich selbs  
von dem Son Gottes abgesondert/ habe. Son-  
dern darumb vnd daher/ das seine menschliche Na-  
tur mit dem Son Gottes eine person ist.

Marbachius in widerlegung des jo. Zwingli-  
schen Arguments / fol: 120.

Weil öffentlich bekant ist/das wir nicht reden  
von Christi menschlicher Natur in Abstracto , wie  
sie schlechts von vnd aus jr selber geschaffen ist/  
Sondern in Concreto , das ist /wie sie nu ist/ nach  
dem sie zu Gottes rechten Hand erhöhet. Item  
des 12. Arguments fol. 127. Nu haben wir vns  
jetzt oft vnd vielmalen erklärret/das wir von Chri-  
sti menschlicher Natur nicht reden in Abstracto, wie  
sie an vnd von jr selber gethan vnd geschaffen ist:  
Sondern in Concreto, das ist/wie sie der Gottlich-  
en Natur vereiniget / ic. Item des 13. fol. 145.  
Nu ist dem Schwermer wol bewusst/ haben vns

D iij auch

auch dessen in vnsern Schrifften zu viel maler  
berflüssig vnd gnugsam verständlich erkler.  
wir sagen/ das Christus Mensch überal an alien  
orten vnd enden sey / nicht in Abstracto,für sich sel-  
ber/ abgesondert von der Göttlichen natur: Son-  
dern in Concreto.

D. Herbrandus in Compendio Theol: de Christo:  
Differentia naturarū et proprietatum consideratur non  
solum extra unionem, sed manet etiam in ipsa unione.

Tilemanus Heshusius Vom Erkentnis Got-  
tes b. 4. fac. 2.

Die wort Menscheit / Menschliche Natur/  
Leib vnd Geist / nem/Gottheit/Göttliche Natur/  
Geistlich/ ewig wesen / bedeuten die Naturn IN  
S O N D E R H E I T vnd F R E S I G H  
betrachtet.

An Lutherus uocem Abstracti, pro separa-  
tione Physicasæpiis usurparit, &  
non Theologice.

S. Luthe-  
rus uersatis-  
simus in  
Schola-  
sticis doctri-  
nis.

Non dubium est Lutherum, a teneris fere educa-  
tum in Theologia Scholastica, doctrinam de Abstracto  
scholastico, rectius et penitus intellexisse, quam plerosq;  
recentiores Theologos, qui uel non legerunt Scholasticos  
uel obiter saltem inspexerunt. Quotus enim quisq;  
est

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

55.

Dedic in repurgatis quidem Christi Ecclesijs, qui  
 Bonas horas in illis Labyrinthis inextricacilibus, &  
 spinositatibus sophisticis uelit perdere? Asseuerare  
 itaq; Lutherum, Abstracti uocabulum non Theo-  
 logice, sed sua quadam phrasij pro diuulsione usurpasse,  
 multi boni non facile sibi persuaderi patiuntur. Nam  
 euidentia exempla ex scriptis eius non possunt profer-  
 ri. Taxauit quidem & merito, Physicam & realem per-  
 sonae Christi diuulsionem, tanquam falsam & hæreticam,  
 Sed nuspian tamen affirmauit, Abstractum in Theo-  
 logia significare diuulsionem naturarum realium aut  
 Physician ex persona Christi. Imo aperte docuit,  
 Christo attribui adiunctionem, NON IN AB-  
 STRACTO sed IN CONCRETO, ut  
 suo loco ostendimus. Et in descriptione Abstracti, haec  
 ipsa uocabula, nempe: per se & seorsim adiungit. Sa-  
 tis igitur suam exprimit sententiam, quod Abstractum  
 nominet alteram personam, perse aut seorsim considera-  
 tam. Nec sane de Luthero decorè dicitur, cum non usum sua quadam  
 esse uocis Abstracti Theologice. Non est haec uox  
 hactenus in Ecclesia Christi audita. Imo communem  
 Theologorum usum est fecutus, nec finxit hac in  
 parte aliquid noui. Scite autem, dextre & sobrie,  
 D. *Amocritus* tum haberi.  
 Attendaat,  
 qui dicunt,  
 Lutherum  
 phrasij lo-  
 quutum.  
 Lutherus  
 noluit no-  
 nus autor  
 tum

tum hoc, tum alijs terminis Theologicis usus est, ac te-  
nebras Scholasticorum summa prudentia & detexit  
& discussit, puriori Theologia restituta. Non igitur  
autoritas Lutheri obtendi debet contra ipsius scripta,  
quæ Dei beneficio adhuc passim extant. Quod uero  
Lutherus uarie usurparit uocem *Abstracti*, in doctri-  
na de duabus naturis in Christo, uarieq; distinxerit  
*Abstracta* in hisce rebus Theologicis, manifesta demon-  
stratione indiget.

At Lutherus in suis propositionibus de dua-  
bus naturis in Christo, tom. I. lati. proposi 9. & 10.  
inquit: In diuinis prædicatis seu idiomatibus, non est  
differentia talis inter *Concreta* & *Abstracta*. Quam-  
uis & Scriptura & Patres aliquot, in multis prædica-  
tis humanae naturæ, nihil distinguant inter *Concreta* &  
*Abstracta*. Hæc ille.

Ergo Lutherus duplex *Abstractum* ponit?

Respondeo, Sunt scopæ non cohærentes. Lutherus  
in his uerbis non distinguit *Abstractum* in plures spe-  
cies, sed docet, *Concreta* & *Abstracta*, in Christo lo-  
cum habere, quia hæc unica persona, Deus est & homo.  
Deinde uero phrasin annotat, quomodo Patres interdum  
ista uocabula non tam exactè distinxerint. Vsum autem  
sepe præscribere ait, contra regulam, Propos. 19.

## ABSTRACTO THEOLOGICO.

57.

*V*isum est & ista commone fationis gratia adiace-  
re: *Quicquid est hæreticum, id non est Theologicum.*

Sed etymologicum *Abstractum de Physica* & re-  
ali diuulsione naturarum ex persona Christi, in articulo  
fidei de duabus naturis Christi, in una persona unitis, est  
hæreticum.

Ergo etymologicum *Abstractum*, non est Theolo-  
gicum. Non potest igitur in Theologia, in articulo qui-  
dem fidei de duabus Christi naturis, duplex esse *Abstra-  
ctum*: etymologicum & Theologicum, Quia etymologi-  
cum est hæreticum. Iniquum igitur est, tribue re Luthe-  
ro, tam sincero Theologo, etymologicum, hoc est, hæreti-  
cum *Abstractum*; & quidem quasi illud probet. Nam *Abstractū*  
etymologicum inquam, *Abstractum* illud definitur, quod  
*Physicē ac realiter distrabit, diuellit, discerpit naturas*  
*in Christo. Abstractum uero mentis, quo distinguntur* *Naturae*, dum quælibet per se aut seorsim consideratur,  
tantum scelus non admittit. Inf. 95.

## CONCLVSIO.

Hanc considerationem *Abstracti*, tanta simplici-  
tate & rectitudine institui, ut res ipsa omnium oculis ex-  
posita esset, & sine omnibus inuolucris absq; difficultate  
cognosci

D 5

cognosci, dici considerari et retineri à quolibet, et tā non  
ualeat exercitatio in rebus Theologicis posset. Fruatur igitur hoc officio, qui uolent. Si qui uero hanc doctrinā ad-

Subiicitur libellus iudicij omnium piorum & restę sentientium.  
huc planius ac dilucidius uolent, aut poterunt in medium  
afferre, tum ab alijs sum a me quoq; gratiam merebuntur.  
(Evidem bac Methodo uia eis est monstrata.) Nam  
ueritatis illustratio laude digna est. Si quis etiam in  
hoc meo qualicunq; sa- tradiatu, aliquid uoleat pie, can-

dide, modeste monere, & iuuare grauiſſimarum rerum  
explicationem, & id mihi alijsq; pijs discendi cupidis  
erit pergratum. Statim autem hostiliter maledictis atq;  
Anathematismis inuadere, si quid forte alicuius palato  
usq; quaq; non sapit, id neq; pietati, neq; honestati con-  
sentaneum est, præsertim cum ea, quæ sunt a uerbo Dei  
aliena, nequaquam pertinaciter deferendere cogitem.

Oro igitur Spiritum sanctum, ut me & alios,  
in omnem ueritatem ducat, iuxta Christi  
promissionem, & ab omnibus er-  
roribus ac uanitatibus cle-  
menter custodiat.

Amen.

DEO SOLI GLORIA.

# COLLATIO DE NOVA CONTROVER- SIA. DE SCOPO.

**I**N nonni collatione, accurate, diligenterque uidendum est attendendum est, quænam sit propositio, de qua controvertitur, quæ nimirum ab auctore et impresso libro, uel scripto certo, uel ex proposito, ore disertis uerbis exprimitur. Nec admittende sunt aliæ propositiones, Quia fallaciam gignunt: & pugnat hoc artificium cum pietate, candore, ueritate: inuoluit collationem: turbat lectores: obscurat doctrinam necessariam.

Scopus autem istius collationis est hæc propositio.

*Humanæ Christi naturæ unitæ &c., non tantum in Concreto, sed etiam in Abstracto ascribi & tribui potest ac debet omnipotentia, uiuificatio adoratio. Seu quod idem est:*

*Humanitas Christi IN ABSTRACTO  
est omnipotens, uiuifica, adoranda.*

*Hæc propositio in publico libello Heshusij posita casio huic est, Ut in Assertione contra Exegesin parte 3. fol. 96. conflictio uidendum: Num &oy & sic quasdam proprietates cōmuni-  
cauerit*

## COLLATIO DE CONTRO

cauerit suæ humanitati, & uirtutem suam in carnem transfererit, ut ea non solum in CONCRETO, sed etiam in ABSTRACTO, hoc est, per appellati-  
nem, quæ ipsam naturam humanam PER SE consideratam significat, humanitati Christi ueré, & iuxta A-  
postolicam doctrinam, ASSCRIBI posset. Nota, ut ea in ABSTRACTO, humanitati AS-  
SCRIBI posset. Ibid. b. Ut non solum in CON-  
CRETO, uerum etiam in ABSTRACTO  
ipsi humanitati unitæ & oīy, recte & secundum Scriptu-  
ram TRIBVI & possint, & debeat. Nota quod  
dicit, in abstracto ipsi humanitati Christi TRIBVI  
posset & debeat. Et utroq; loco dicitur, non solum IN  
CONCRETO, sed etiam IN ABSTRACTO, asscribi & tribui humanitati Christi.

Fol. 102. infertur hæc sententia, quod IN AB-  
STRACTO humanitati Christi omnipotentia tri-  
buatur. Fol. 105. Non tantum IN CONCRE-  
TO loquuntur Augustinus & Cyrilus, hominem  
Christum esse adorandum: Sed in ABSTRACTO  
carnem, & quidem perfectam Christi humani-  
tatem unitam & oīy adorandam esse. Fol. 105. Pia anti-

quitas

quitas non dubitauit fateri, IN ABSTRACTO carnem Christi adorandam esse. Fol: 98. Reprehenditur Sacramentariorum sententia, qui inferunt: Necessario sequeretur naturarum confusio, si humanitate Christi IN ABSTRACTO TRIBUERETVR (Nota, in Abstracto tribueretur) omnis potestas. Et sepe ibidem hoc dogma repetitur.

Hec igitur propositio, Humana natura Christi in Abstracto est omnipotens, uiuifica, adoranda, est occasio Collationis seu Controversiae, non alia, & quidem inter fratres, communis doctrina contra Sacramentarios coniunctos.

Non igitur sunt scopus istius Controversiae, & in Propositum ter hosc e quidem hæ sententiae.

NATURA Christi humana, est omnipotens, uiuifica, & adoranda.

Humanitas Christi est omnipotens, uiuifica, adoranda.

Caro Christi est uiuifica.

Humana quoque Christi natura est omnipotens, uiuifica, adoranda.

Vno

*V*nio naturarum in Christo, diuinæ nempe & hu-  
manæ, est personalis. inconfusa. inseperabilis. *Vnde Physi-*  
*sica earundem diuulso, est summa blasphemia.*

*Deus est passus.*

*Homo Christus est omnipotens, uiuificus, adoran-*  
*dus, & similes. Nam istæ propositiones sunt ueræ, &*  
*in confessionibus sinceris harum Ecclesiarum extant lu-*  
*culenter & solide explicatæ. Itaq; extra hanc collatio-*  
*nem ponendæ sunt.*

*V*is autem huius collationis in eo cardine uoluitur,  
quod isti propositioni inseritur, *IN ABSTRACTO*, eo dempto, constaret propositio. Eouero relicto,  
uiget controuersia.

*Iam uero non recte dici:*

*Humane Christi naturæ unitæ &c., non solum*  
*IN CONCRETO, sed etiam IN AB-*  
*STRACTO, tribuitur omnipotentia, uiuificatio, &*  
*adoratio. Istæ rationes demonstrant:*

### I.

*Ex verbo Dei non est.*

*Quicquid in articulis fidei, non extat in verbo Dei*  
*q; dirēptrix expressis uocabulis possum: Vel quod firma ratiocina-*  
*esse debet controve-*  
*siarum. mittendum non est.* Sed

Sed hæc oratio: *Humanæ Christi natura non so-*  
*lum IN CONCRETO, sed etiam IN AB-*  
*STRACTO tribuitur omnipotentia, uiuificatio, a-*  
*doratio, non extat expressis uerbis in Biblicis monu-*  
*mentis, nec firma atq; immota ratiocinatoone inde elici-*  
*potest.*

Ergo hæc oratio, in Ecclesia Christi non est ad-  
mittenda.

Maior est norma fidei nostræ, nec potest labefacta-  
ri, ac peccat quam grauißime, qui eam subruere nititur.

Minor itidem manifesta est. Verba enim ista  
IN ABSTRACTO, non reperiuntur in sac-  
cis literis. Nec res ista isti propositioni per hæc uer-  
ba, IN ABSTRACTO, in clusa, in sacris lis-  
teris extat. Atq; hisce neruis distituta argumenta  
que opponuntur, uacillant & consistere nequeunt, Ut  
postea subiicitur. Hæc autem ratio totam controuer-  
siam tollere debebat.

## II.

Ex patribus vetustissimis non est.

Quicquid Patres in eadem controuersia aduer- Est contre  
piam & or-  
thodoxam  
uetustatem.  
bæreticos, & non absq; causa uitârunt, id hodie quoq;  
Ecclesia Christi non immixtio uitat.

Sed

Sed Patres uetusissimi, in hac ipse controuersia aduersus hæreticos uarios, hac oratione consultò abstinuerunt, nempe: *Humana Christi natura unita & dicitur non solum IN CONCRETO, sed etiam IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda, cum quidem non fuerint illi patres in hac controuersia iudicatores nobis.*

*Ergo & Ecclesia Christi, non præter rem hodie  
hanc nouam locutionem repudiatur & uitatur.*

## III.

*Ex scriptis Lutherti non est.*

Lutherus omnium  
omnium  
Theologo- Lutherum, propter fidei lucem excellentem, & dona  
rū qui hoc  
postremo scriptionis eximia & liberatam Christi Ecclesiam, per  
seculo mun gratiam Dei, eius potissimum ministerio, a iugo & tyran-  
di fuerūt et nide Antichristi.  
ad finē usq;  
futuri sunt  
facile prin-  
cipi, non utitur hac oratione: *Humana Christi natura,*  
cepit. *IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica,*

Retinenda adoranda, imo manifeste ei contradicit, ut postea ostende-  
phrases Or mus. Prætereat & cæteri Orthodoxi in nostris Eccle-  
siæ Doctorū, sijs Doctores, ab eiusmodi propositione prudenter absti-  
nuerunt, qui tamen eruditè & utiliter doctrinam de  
duabus

duabus in Christo naturis, & communicatione idioma-  
tum nostro seculo, tradiderunt & explicuerunt, Vt  
sunt, Brentius, Mörlinus, Chemnicius, Chytraeus, &  
alij nonnulli. Ac si maximè posset unus proferri, qui per  
imprudentiam tali sententia usus esset, tamen inusita-  
ta est hæc propositio in Ecclesia Christi. Nec debent  
homines noua dogmata gignere.

Ergo Ecclesia Christi nos sine causa hanc proposi-  
tionem respuit.

## III.

Exreceptis & probatis locutionibus Eccle-  
sia Dei non est.

Nouæ & periculose propositiones non sunt in Ec- Cautè, id  
clesiam, ut dogmata, inuehendæ aut propagandæ. est, rectè et  
propriè

Sed hæc propositio: Humana Christi natura unita quantum  
nōrō, non solum IN CONCRETO, sed etiam fieri potest  
IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, loquendum  
adoranda, noua est, & periculosa est. Quia no-  
ua locutio-

Ergo hæc propositio, non est ut dogma, in Ecclesi- nes non pos-  
am Christi inuehenda aut propaganda. sunt non pa-  
rere aut er-  
rores aut  
dissidia.

Maior manifesta est.

Minor quoq; non est perplexa. Nam noua est hæc  
propositio, Quia neq; in uerbo Dei extat: Neq; usurpata  
E est

Sup. 20.

est a patribus: non a Luthero: non ab alijs probatis authoribus nostræ ætatis. Non autem liberum est noua dogma tagignere.

Horrendi errores, qui ex hoc additamento, in abstracto sepuitur:

Quod natura Christi humana, scorsim quoque in se habeat illam omnipotentiam: Nam naturæ in Christo, in Abstracto habere dicuntur, quod quælibet natura ex se, per se habet, scorsim quoque & seperatim sine altera natura considerata habet. Nam si coniunctim in unione personali habere dicitur natura, id in Concreto habere dicitur.

Item, Quod natura humana sit deificata. Nam cuiuscumque proprietas Dei essentialis communicatur, ut eam habeat in Abstracto, is est Deus.

Sed omnipotentia est proprietas Dei essentialis, eaque communicata est humanæ naturæ, ut eam in Abstracto quoque habeat, iuxta illam propositionem, de qua controvexitur.

Ergo humana natura, in Abstracto habens omnipotentiam Dei, est Deus. Hoc argumentum evitari nequit, & recte Sacramentarij hac in parte Ecclesiæ nostras reprehenderent si humananatura in Abstracto diceretur omnipotens: Posset inde & hoc obijci: Om-

CONVERSIA HESVSIANA.

67.

Omnipotentia filij Dei, est ipsa essentia Filij Dei.

3.

Humana natura Christi, in Abstracto est omnis potens.

Ergo. Humana natura Christi, in Abstracto est ipsa essentia filij Dei.

Sic sequeretur: ATQVI

Quod natura Christi humana, in Abstracto exequatur diuinitati. Item sequeretur:

Quod humana Christi natura, in Abstracto, personam filij Dei accepisset atque haberet, Quo quidem modo non loquitur Ecclesia Dei.

Item, Quod duplex sit omnipotencia, aut quod par-  
tibilia sit, Una quidem quam habet filius Dei, tanquam  
essentialem proprietatem in Abstracto. Alteram  
vero, quam natura Christi humana, IN ABSTRA-  
CTO habet. Nam quod in Abstracto habere dicitur,  
etiam secorsim habet.

Item Nestorij error inde producetur de duabus  
Christi personis, siquidem natura Christi in Abstracto  
ista habet. Item alter Nestorius ex equatione. Nam  
Cyrillus de incarnatione unigeniti cap. 28. sic Nestorius  
animum describit: Homini Christo secorsim separata  
tum a Deo donatam equalitatem dignitatis sue authori-  
tatis.

E 2

Iam

8. Iam sequitur, quod liceat dicere: *Humana natura Christi IN ABSTRACTO*, sedet ad dexteram Dei. *Quia dextera Dei est ipsa omnipotentia Dei.*

9. Item liceret dicere: *O Humana Christi natura, IN ABSTRACTO miserere mei, exaudi me, iuuame, uiuifica me.*

10. Item: *Humana Christi natura, IN ABSTRACTO nos saluat, quia ut sonat propositio: IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda.*

11. Item sequitur & hoc: *Humana Christi natura, in Abstracto est adoranda.*

*Humana Christi natura est creatura.*

*Ergo. Creatura in Abstracto est adoranda.*

Non igitur dubium est, hanc nouam propositionem, noua certamina, eaq[ue] quam plurima esse excitaturam, & aduersarios, qui sunt ingeniosissimi & oculatissimi, plura que inde enascuntur & consequuntur, monstruosos esse. Dato enim uno inconueniente, sequuntur innumeraria. Et omnis error foecundus est, Id quod experientia uniuersalis testatur. Pariet igitur schismata horribilia & noxia

¶ noxia in ipsa Ecclesia Christi inter eos inquam, qui uera confessione fidei coniuncti sunt. Nouas insuper obiectiones audiet Ecclesia Augustanae confessioni ad dicta, quasi subinde noua paradoxa proferat, &c.

## V.

Ex regula nota, & haec tenus quidem inconuulta.

Quæ communicata sunt in unione personali, ea communia quidem sunt utrisq; in Christo naturis, sed cum qua=risimamq; dam limitatione. Ut, Natura diuina in Christo, com= municauit quidem naturæ humanæ assumptæ omnem po= comproba= testatem: Sed non amisit post communicationem, quod habuit ante communicationem, & habet illam omnipotentiam originaliter, ex se, per se, separatim quoq; eam habuit priusquam communicaret naturæ assumptæ. Item habet eam ut proprietatem essentiæ suæ. Sed natura humana, cui communicata est hæc omnipotentia filij Dei, eam non habuit originaliter, aut ex sua natura, nec seorsim aut separatim eam habet, sed in hac unione personali. Nec habet eam ut proprietatem essentiæ naturæ, licet penitiorem modum quo eam habet,

E. 3

in hac

in hac caliginosa nostra natura explicare, & quasi digito  
ipso commonstrare non ualeamus.

Quæ itaq; in *Abstracto* habere dicuntur naturæ  
in Christo, propria sunt cuiq; naturæ ac seorsim  
consideratæ.

Quæ uero communicata sunt naturæ humanæ in  
Christo, habet in *Concreto*, id est, in unione illa pers-  
li, & non in *Abstracto*.

Ergo. Non recte dicitur: *Humana Christi natura*  
**IN ABSTRACTO** est omnipotens, uiuifica, ado-  
randa.

Chemnicius recte hanc regulam ex ijs, qui de commu-  
nicatione idiomatiū differuerunt, repetit: *Essentialia idio-  
mata unius naturæ, NON transiuntur alteri naturæ,*  
**IN ABSTRACTO** consideratæ, sed commun-  
icant personæ **IN CONCRETO**. Quod  
enim est essentialie idioma unius naturæ, non potest  
fieri aut esse essentialie siue naturale alterius naturæ,  
uel commune utriq;, ita, ut **SEPARATIM** siue  
**DISTINCTIM**, & formaliter utriq; naturæ,  
**SECUNDVM SE** inhæreat. *Aīus e-*  
*nim tolleretur differentia essentialium proprietatum*  
*ac fieret*

ar fieret confusio & idiomatum & ipsarum naturarum,  
quæ per idiomata distinguuntur. In epistola sub nomine  
Stymichij edita, quam ipse author mihi communicauit  
ante editionem. Fol. L 4.

## VI.

**D**IFFICIJ uerba t. i personæ Christi, hoc est, utriq; <sup>Nomina</sup>  
naturæ in Christo tributur. <sup>actionū,</sup>  
Sed uiuificare pertinet ad officium Christi totius, <sup>uel opus re-</sup>  
sicuti totus Christus, id est, utr; e;q; naturæ Christi, & <sup>dempit onis</sup>  
non una duntaxat eius natura, in <sup>spectat, tri-</sup>  
natus, ut nos saluet atq; uiuificet. <sup>buuntur u-</sup>  
<sup>triq; natu-</sup>  
<sup>ra coniun-</sup>

Ergo. Non potest dici, Humana Christi natura, in <sup>dim.</sup>  
**A B S T R A C T O** est uiuifica. Non enim sola, nec  
seorsim est uiuifica, sed diuinitas Christi est uiuifica.  
Habet autem humanitas Christi cum uiuificationem ex  
dono et communicatione, à diuina natura, quæ ei hanc om-  
nipotentiam & uiuificationem reuera dedit.

## RESPONSIO AD ARGV- MENTA CONTRARIA.

Nunc etiam argumenta, Deo gubernante, nonnihil  
ponderemus, quibus hoc dogma: Humanam Christi,  
E 4 naturam

72. COLLATIO DE CONTRO  
naturam, IN ABSTRACTO esse omnipo-  
tentem, uiuificam, adorandam, defenditur.

I.

Quicquid Christo in tempore datum est, id huma-  
næ eius naturæ datum est, Ut omnes Orthodoxi doc-  
uerunt.

Sed omnipotentia, uiuificatio, adoratio, data sunt  
naturæ humanæ in Christo, in tempore. Matth. 28. Io-  
han. 6. Phil. 2.

Ergo, Omnipotentia, uiuificatio & adoratio, data  
sunt naturæ humanæ in Christo.

Respondeo. Quid ista argumentatio ad proposi-  
tionem? Nihil quicquam. Constat enim & immota est  
hec ratiocinatio. Diligenter autem attendendum est,  
NON dici, omnipotentiam & uiuificationem, IN  
ABSTRACTO data esse humanæ nature  
Christi. Non est disputatio, an habeat ista, Quia accepit  
ea, & habet. Sed an in abstracto ista acceperit & ha-  
beat. Huc collandum est, & hanc conclusionem o-  
portet in argumentis poni, aliâs aberratur a scopo, &  
fallacia plurium propositionum texitur.  
  
Disputatio  
est ac  
QVO.  
MODO.

Sup. 22.

Ian si tali pacto contexitur:

Quic-

Quicquid in tempore humanae naturae in Christo  
est datum, id habet in abstracto quoque.

Sed omnipotens et uiuificatio, data sunt naturae  
humanae Christi in tempore.

Ergo. Humana Christi natura, in Abstracto est  
omnipotens, uiuifica.

Respondendum est: Maior non substituit, Imo potius  
in Concreto habet, propter unionem personalem et  
propter officium, Ut omnes Orthodoxi docent. Ruit  
igitur tota argumentatio, quia fulcro firme destituitur.  
Id quod tamen non est dolose intelligendum, ut Sacramenta-  
tum nonnulli ludos agunt, quasi diuina duntaxat Christi na-  
tura sit omnipotens, non etiam humana, cum tamen ea omni-  
potentia et humanae in Christo naturae sit communica-  
ta.

## II.

Caro Christi est uiuifica, Iohann. 6.

Caro Christi est abstractum.

Ergo. Humana Christi natura IN AB-  
STRACTO est uiuifica.

Respondeo. Oratio Christi est immota, Sed at-  
tendendum est, quod haec Maior loquatur diserte de carne  
Christi. Christus autem personae nomen hic est. Non  
E s dicit

## COLLATIO DE CONTRO

dicit simpliciter caro est uiuifica, sed simul nominat personam, & docet carnem in se, in sua persona, in hac unione personali esse uiuificam. Ista uero nemo inficiari potest, nisi sit hereticus. Nequaquam autem inquit, caro mea IN ABS TRACTO est uiuifica, aut seorsim considerata, aut sola etiam est uiuifica, Quia haec non admittit ueritas & fides Christiana.

Deinde ad Minorem respondentium est: Aliud est dicere, caro est uiuifica. Aliud Christi caro est uiuifica, ut dictum est, & subiectum Minoris, complectitur simul personam, hoc est, carnem Christi, seu carnem in Christo. Iam igitur prædicatum non conuenit.

**Abstractū.** nit. Nam Abstractum omnium Orthodoxorum iudicio,  
**Sup. 4.** dicitur natura per se considerata. Iam uero Maior non loquitur de natura Christi humana per se considerata, sed in Christo, hoc est, in persona. Non recte igitur fit applicatio in Minorib[us], ac sunt quatuor termini. Et mutato genere prædicationis non ualeat Consequentia.

Couclusio quoque ex præmissis non sequitur, sed sic est posse ponenda: Ergo Abstractum est uiuificum. Hæc autem oratio esset perplexa, ino si uere examinari debeat, falsa. Quia humana natura per se considerata, non habet ex se illam uiuificationem, nec sola habet, nec seorsim habet,

bet, sed in Concreto, in unione personali, per communica-  
tionem ac donationem habet.

Rectè dicitur: *Humana quoqz Christi natura Omnipo-  
tentia est omnipotens, uiuifica, sed non sola, non seorsim conside-  
rata, uerum habet ista à diuina natura sibi iuncta, & ha-  
bet ista in illa unione personali, & non extra eam.*

*II.*

*Idem argumentum & sic ponit potest:*

*Humanitas est abstractum.*

*Omnipotentia tribuitur humanitati in Christo:*

*Ergo. Omnipotentia tribuitur humanæ naturæ in  
Christo, IN ABSTRACTO.*

*Respondeo. Sunt quatuor termini, quia medius ter-  
minus non conuenit. Debebat enim in Minori dici, omni-  
potentia est humanitas, Id quod est falsissimum.*

*Nec conclusio ex terminis conuenientibus compo-  
nitur. Itaqz argumentum desiderat Maiorem primi ar-  
gumenti, quæ tamen non subsistit. Summa, es will sich  
nicht zusammen schicken, etiamsi aliam formam hoc ar-  
gumentum indueret.*

*III.*

*Posset & sic ponit:*

*Natura habens vim uiuificandi, habet eam in Ab-  
stracto.*

*Humana*

*Humana natura in Christo habet uim uiuificandi.*

*Ergo. Humana Christi natura, habet uim uiuificandi in Abstracto.*

Respondeo. *Maior est nōmēvop, & uniuersali-*  
*ter non subsistit. Constat igitur argumentum ex parti-*  
*cularibus. Nam & sacræ literæ, et confessio Orthodoxo-*  
*rum docent, naturam Christi humanam, habere omnipo-*  
*tentiam & uiuificationem in persona, in unione perso-*  
*nali, non ex se, non solam, non scorsim. Non tamen ad-*  
*mittendus est Sacramentariorum error, quod tantum*  
*natura diuina in Christo sit omnipotens & uiuifica,*  
*non etiam humana ipsius natura, cui quidem tantum pro-*  
*ppter unionem personalem, uerbotenus, aut phraſi quadam*  
*omnipotentia tribuatur.*

## III.

*Hinc inferret forte aliquis.*

*Quicquid in Abstracto non habetur, id prorsus*  
*non habetur.*

*Sed humana Christi natura, non habet omnipotenti-*  
*am in Abstracto.*

*Ergo. Humana Christi natura, prorsus non ha-*  
*bet, seu nullo prorsus modo habet omnipotentiam.*

*Respon-*

Respondeo. Maior falsa est, quia uniuersalis non est. Nam potest alio modo habere. Sic, licet non admittatur propositio: Humana Christi natura, IN ABSTRACTO est omnipotens; Tamen ea habet reuera omnipotentiam in Concreto, in persona, in unione personali. Nam extra eam non habuit omnipotentiam, nec habet unquam. Humana itaq; Christi natura, in Concreto, in persona est omnipotens, propter communicationem seu donationem, quæ ei contigit. Manet igitur hæc propositio salua & inconclusa: Humana quoq; Christi natura est omnipotens, uiuifica, adoranda. Sed quando additur in Abstracto, tum aliam formam induit, & potius in Concreto dicendum est.

## V.

Propositionibus Patrum licet uti.

Sed Patres sic locuti sunt. Humana Christi natura, est IN ABSTRACTO omnipotens, uiuifica, adoranda.

Ergo. Licitum est sic loqui.

Respondeo. Neganda est Minor. Non enim profertur locus ullus. Idq; diligenter obseruandum est, quia magni momenti est. Cum enim hoc sit nouum dogma in Ecclesia Christi, & quidem fidem attingens: Ideo

ante

ante omnia, uel uerba expressa ex sacris literis debebant produci, uel clarissima & irrefragabili Consequentia inde texi atque extrui debebat. Deinde uero ex sinceris patribus ipsa uerba debebant commoustrari, & quidem probari, quod esset usitatum, receptum, planum, non periculosum, non scandalosum dogma. Sed hoc in ista controuersia non sit.

<sup>Postea</sup> Deinde Maior non subsistit uniuersaliter. Nam tenus sequi patres non habent potestatem gignendi noua dogmata. Et liceat. regula Ecclesiæ uera, firma & necessaria est: Eatenus tantum dogmata & locutiones Patrum esse approbandas, quatenus cum uerbo Dei consentiunt, & non plus ultra. Sic notum est, maximam esse differentiam inter ipsas locutiones & phrases Patrum, neque liberum uel tutum esse, quasvis Patrum locutiones absque discretione amplecti & usurpare.

Constat igitur, nusquam & nunquam Patres dixisse, Patrum Scripta non ut Canoni- Humanam Christinaturam, in Abstracto esse omnipo tentem, uiuificam, adorandam. Ac si maxime alicui hac ea habenda uerba per imprudentiam excidissent, tamen catholicum dogma ex ijs statui non posset.

<sup>Postea</sup> Num duntaxat aut alterum testimonium ex Patri bus ascribam.

Cyril-

Cyrillus lib. 4. in Ioh. cap. 15. Ineffabiliter & utramque possit mens humana intelligere, Verbum humanitati coniunctum, fecit illam uiuificam. Item lib. 4. in Ioh. cap. 24. inquit: Caro CVM diuinitate coniuncta, totam uim uiuificandi hausit. Item lib. 6. Dial. Caro Christi habet potestatem illam non proprietate naturae, sed uione personae.

Damascenus lib. 5. cap. 8. Adoro Christi SI-MVL utramque naturam, propter carni unitam Deitatem. Lib. 5. caq. 17. Caro Domini NON secundum propriam operationem, sed propter unitum sibi & eorum diuinam operabatur.

Augustinus in 14. Ioh. Sermo, 58. Ego Domini Tom. 10. can carnem, in modo perfectam in Christo humanitatem propterea adoro, quod a diuinitate suscepit atque Deitatis unita est, ut NON alium atque alium, sed unum eundemque Deum & hominem, Dei filium confitear. Ibid. Ita in Christo Domino humanitatem NON solam aut nudam, sed diuinitatis suae unitam, unum Dei filium, Deum uerum, & hominem uerum quis adorarare contempserit, aeternam mortis poenam patietur.

Quicunque

Quicunq; utuntur uocabulis alterius naturæ, hi  
tribuunt eidem prædicata in Abstracto.

Sed Patres, in Scriptura, tribuit Christo uocabula alterius naturæ.

Ergo. Tribuunt prædicata illius naturæ, eidem in Abstracto.

Respondeo. Minor nusquam extat, uel in sacris li-  
teris, uel in scriptis sincerorum doctorum. Deniq; res  
ipsæ eam non admittunt. Video autem, hunc esse unum de  
præcipuis fontibus istius hallucinationis. Maiore itaq;  
non subsistente, Argumentatio quoq; ipsa non subsistit.

Ad Minorem quoq; firma & clara responsio est:  
Neq; Scriptura sacra, neq; Patres probati hac propo-  
sitione utuntur: Humana Christi natura, IN AB-  
STRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda.

Ergo illa testimonia quæ allegantur, uel ex sacris lite-  
ris, uel ex Patribus, istam propositionem non subleuant,  
non stabiliunt, non confirmant: Ac tantum inde nascitur  
fallacia plurium propositionum.

Recte inquit Cyrillus, carnem Christi esse uiuifi-  
catricem. Recte damnantur in Concilio Epesino, qui id  
negant.

negant. Recte ait Theodoretus, corpus dominicum esse adorandum. Recte dicitur: Humana Christi natura, est omnipotens, uiuifica, adoranda. Idem & recentiores sani Doctores proferunt.

Sed de hisce propositionibus non controuertitur internos. Et hæ allegationes hic non pertinent, quia nemo horum addidit, IN ABSTRACTO. Nemo horum adiecit, Humana natura ex se, uel sola, uel seorsim est uiuifica, omnipotens, adoranda. Itaq; animaduertitur, aliud sonare allegata, aliud id, quod in controuersia haeret. Et notum est uulgare dictum: Allegare in conueniens, non est probare. Si igitur uel mille testimonia impertinentia ascribantur, non tamen probant propositionem illam nouam.

Aliud præterea est, Abstractis uocabulis quædam phraſi uti, Et aliud, in Abstracto habere. Li-  
cet enim sani authores, Abstractis uocabulis in hac doctrina interdum utantur, tamen nequaquam dicunt, in Abstracto humanam naturam ista habere. Et diligenter attendendum est, quod persona simul notetur in eiusmodi locutionibus, aut phrasis limitationem requirat.

F

Aequi-

## VII.

*Aequipollentibus propositionibus licitum est uti.  
Sea iuxthollentes sunt: Caro Christi est uiuifica.  
Et: Caro Christi IN ABSTRACTO, est uiuifica.  
Humana Christi natura est omnipotens, uiuifica,  
adoranda. Et: Humana Christi natura IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda.*

*Ergo istis propositionibus pari ratione, & sine ullo  
discrimine licitum est uti.*

*Respondeo. Habet Maior quoque suam limitatio-  
nem. Nam diuine locutiones, item propositiones diligen-  
ter examinatae, & graui Ecclesiae iudicio receptae,  
men inter sunt potius probandae, quam priuatorum, Item quam in-  
enunciatio- usitate. Item aequipollentes uerae, & specie tantum ta-  
nes & prae- les, sunt discernenda. Sed Maior ualeat.*

*Minor autem palam falsa est. Ratio est. Quia  
nerui illi, cur pro aequipollentibus sint habendae ille  
propositiones, in responsionibus superioribus sunt suc-  
cessi, hoc est, non subsistunt. Nam neque Christus, neque  
Apostoli, neque sinceri Doctores Ecclesie Christi, ado-  
dunt IN ABSTRACTO. Nemo eorum*

hanc

banc locutionem, quæ in æternum uera est: Caro Christi est uiuifica: intelligit quod ex se, sola seorsim, sit uiuifica, sed in Concreto, in unione personali, in perpetua communicatione & donatione, quæ non seorsim, non separatim, non extra personam sit neq; existit.

Merito igitur probatæ, receptæ, usurpatæ sunt locutiones Scripturæ, & istæ sanorum Doctorum in Eccl<sup>a</sup>lesia Deiphrases ac propositiones, Quia sanæ sunt. Et ab usurpati uere caro Christi, seu humana Christi natura, est omnipo<sup>t</sup>entia locutio nūm inuisitans & uiuifica. Sed illa noua propositio, de qua in p<sup>re</sup>c<sup>on</sup>tationum & sentia agitur, plura immiscet, & neq; ueterum, neq; recentium in Ecclesia Christi Doctorum pallio sese potest contegere. Ac si cui per imprudentiam excederet eiusmodi propositio, non esset in certamine defendenda.

Ergo non statuatur, non defendatur, non inuehatur hoc pro æquipollenti, quod reuera non est æquipollens, non est probatum, non est usitatum.

## VIII.

Quicquid intelligitur sane, id non debet reprehendi.

Sed hanc propositionem: *Humana Christi natura IN ABSTRACTO est omnipotens uiuifica*

F z

uiuifica

## COLLATIO DE CONTRO

uiuifica, adoranda, intelligit author, quod tantudem sonet, quod ista propositio: Caro Christi est uiuifica. Item: Humanitas Christi quoque habet omnipotentiam, uiuificationem, est adoranda. Humana Christi natura unita diuinitati in Christo, est uiuifica.

Ergo. Iniquum est hanc propositionem reprehendi.

**Regula obseruatione dignissima.** Respondeo. Neganda est Maior. Quia propositio dogmatica, & quidem in articulis fidei, iuxta ipsa uerba, sicuti ea iacent & sonant, estimanda est, & non iuxta alicuius hominis intellectum, interpretationem, glossam. Sic Maior ille hoc effugio usus est in sua falsa propositione: Bona opera ad salutem sunt necessaria: hoc est, bona opera debent sequi ad salutem. Sed hic aliud pes saltat, aliud tibia canit.

**Flacius Ma nichæus.** Sic Illyricus ad suam interpretationem configiebat in hoc falso dogmate: Peccatum originis est substantia, hoc est, tota natura est corrupta. Idem quoque ceteris authoribus nouorum dogmatum, est familiare. Itaque maior propositio, in grauißimis Ecclesiæ Dei dogmatibus, & ubi de articulis fidei agitur, non subsistit. Sed I. Pet. 4. haec potius regula nobis constituta est: Qui loquitur loqua-

loquatur ut sermones Dei. Ruit igitur hæc argumentatio uol solo illo fulcro subtracto.  
Deinde etiam Minor non potest admitti. Non enim sunt idem, ut supra dictum est. Et hæc propositio: *Hunana Christi natura, IN ABSTRACTO est omnipotens, sicuti sonat, nempe, propter additionem illam, in Abstracto, in Ecclesia Christi non subsistit, ac iure reijicitur.*

## IX.

*Abstractum significat TANTVM uocabulum, quo altera natura in unione personali exprimitur.*

Sed Scriptura et Patres in propositionibus de Christo, sèpè tantum abstractis uocabulis utuntur.

Ergo. Licitum est istis Patrum propositionibus addere *IN ABSTRACTO*.

Respondeo. *Hic uidetur alter fons esse hallucinationis.*

Maior autem principium continet, quod non subsistit. Imò *Abstractum est uera & realis altera naturæ in Christo consideratio.* Nam potest in Maiori ista definitio *Abstracti*, quæ & perplexa & periculosa est, si euoluatur, admitti. Nec uelim à probata atq; recepta definitione discedi, quamuis ipsa ex-

Nouæ doctrinæ no- perientia constet, eos, qui noua dogmata gignunt, plerumq; nouas definitiones suo instituto conuenientes, in medi- ua princi- pia & defini- um afferre, aut uitiosas, seu nimis generales amplecti- atq; urgere. Abstracta autem significant natu- ram P E R S E con- siderant, quid libet, per se eti- am sola considerata, sine alterius naturæ consideratio- ne. Hic est catholicus intellectus Abstracti in do-ctrina de duabus Christi naturis.

**Sup. 5.** Sic Phil. tom. I. in 2. parte Symboli fol. 140 fa. 2. inquit. Abstracta significant naturam seorsim consideratam, ut diuinæ, uel diuina natura: Humanitas uel humana natura. Idem docet in libello de controuersia Stancari, & in Examene.

**Sup. 5.** Chemnicius in libro de duabus naturis in Christo, O. 7. Significant autem in hac doctrina nomina Ab- stracta, naturas ipsas & earum idiomata, si P E R S E considerentur, sive EXTRÆ unionem, sive IN IPSA unitone. Hæc eruditis notissima sunt, uocem hanc usurpari ut est in usu apud Theologos. Verba enim usu ualent ut numini. Ruit igitur Maior, fulcrum ædifici, istius. Nam usitata definitio Ab- stracti,

stracti retinenda est, non alia dissentiens fingenda, aut Ecclesiae tanquam pomum contentionis obiscienda.

Deinde Minor recte perpendatur. Nam et si Patres & recentiores sani Docentes propositiones per Abstracta uocabula extulerunt, tamen (quod observatione dignissimum est) nemo illorum dixit, ea, quæ communicata sunt humanæ in Christo naturæ, humanam naturam ex se uel solam, uel seorsim habere. Nam sic supra definitum est Abstractum, quod sit natura Christi per se, SE ORS IM siue E 2 A, siue IN IPSA unione, considerata.

Cum itaq; Cyrillus dicit: Carnem Christi esse sup. 801 uiuificatricem, non ait, eam ex se, seorsim, uel extra personam consideratam, habere eam potestatem, sed Christi ipsius uerba æmulans, Christum personam exhibet, & eius carnem quoq; esse dicit uiuificam, Idq; rectissime dicit.

Sic Theodore tus non inquit. Corpus Dominicum, solum, seorsim, etiam absq; respectu diuinæ naturæ, esse inuocandum: Sed Dominum simpliciter siflit, & huius corpus inquit, etiam inuocandum esse non diuitiatem eius solam.

Deus est  
passus.

Recte dicitur: Deus est passus, Act. z. Sed non recte dicitur, Deus solus, aut seorsim est passus. Ratio est, quia illa locutio hoc dicit, illa persona, quae est Deus est passa. Additur autem in sacris literis a S. Petro limitatione, passus est secundum carnem. Itaque non perinde est, Deus passus est, ac si quis uellet dicere, Deus, IN ABSTRACTO passus est.

Homo  
Christus  
ab æterno.

Recte dicitur, Homo Christus est ab æterno, quia hic persona, nempe Christus nominatur, qui est homo, et uerè de persona dicitur, quod sit æterna. Sed sani Doctores hanc limitationem, discretionem et explanacionem addunt, quando naturæ per se, seorsim iuxta Abstractum rationem considerantur, scilicet iuxta diuinam naturam est ab æterno. Humana uero Christi natura coepit in tempore.

## X.

Quando Abstractum in unione personali, non seorsim, non extra personam, intelligitur, tum potest de qualibet natura dici, quod in Abstracto habeat proprietates, quas habet.

Sed in hac propositione: Humana Christi natura, IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda: Volo intelligi semper in unione personali.

Ergo.

Ergo. Sic licitum est dicere.

Respondeo. Maior non subsistit, quia noua est, inusitata est, & quia definitioni Abstracti, supra posita, est contraria. Imo & confusiones rerum ac dogmatum gignit.

Deinde ad Minorem. Hæc uerba VOLO INTELLIGI sunt contra definitionem usitatam Abstracti, quæ non debet euerti. Item quam author istius propositionis, de qua disceptatur, ipse met approbat. Deinde, hic INTELLECTVS, est contra ipsa uerba propositionis. Nam, quia inseritur IN ABSTRACTO, ideo hæc natura PEPSE, ac SEORSIM consideratur. Sicut enim unire & abstrahi, ita & unio atq; abstractio, Concretum & Abstractum, sua ratione differunt. Insuper hæc uerba: VOLO INTELLIGI, non sufficiunt, ad novum dogma in Ecclesiam Dei inuehendum, aut in ead defendendum. Sed sic uerba iacent: sonant: sic in uerbo Dei scriptum extat: sic Deus dicit. Hæc pondus in Ecclesia Dei habent.

Sed objexitur: Non est Physica diuulatio, separatio uel abstractio intelligenda? Non est Phycum abstractum imaginandum, Ut si anima abstrahatur, F 5

Obiectio  
quasi lector  
hallucina-  
tur sola ima-  
ginatione  
abstractio-  
diuul- nis Physicæ

## COLLATIO DE CONTRA

diuellatur aut separetur à corpore, ut sit in morte hominis, uel ut sanguis extractus ex uenis, est quiddam separatum à reliquo corpore hominis?

Respondeo. Hec odiose quidem sonant, sed uere tamen non sonant. Nam nequaquam sequitur: Abstractionum significat naturam PER SE, SEORSIM EXTRÄ unionem (cogitatione scilicet) consideratam. Ergo PHYSICE & re ipsa diuellitur, discepitur, distractur, laceratur, separatur una natura Christi ab altera. Nam ab hoc facinore tetto, seu potius blasphemia horrent in Christum, tota Ecclesia Christi abhorret. Aliud enim est, considerare naturas in Christo per se, quid quilibet ex se originaliter, seorsim habeat, quid communicatum sit alteri, quid coniunctim seu in unione personali habeant. Aliud est lacerare diuellere, discepere Christi naturas physice. Non Anatoman hominis, nec PHYSICAM lacerationem aut dilaniationem anime & corporis in homine instituunt, qui animam per se ac seorsim considerant, uel Ecclesiam nouam corpus eadem ratione expendunt.

neq; probat *Eiusmodi igitur odiosis uerbis & insimulationibus non sunt conspergendi, recte de unione naturarum communica-* in Christo, & de utrisq; naturis seorsim sentientes tionem.

& pro-

¶ profitentes. Ac notum est, quomodo communicationem idiomatum realem irrideant Sacramentarij & eorum suffragatores, quo nimurum PHYSICA communicatio fingitur. Est autem manifesta calumnia & mendacium, quia Ecclesia Christi non docet physicam idiomatum communicationem, etiamsi sentiat, reuera tribui idiomata diuina humanae naturae in Christo. Sed sic feruor disputationis, & cupiditas stabiliendi que improbanda sunt, excurrit. Timor igitur Domini frena linguae iniiciat. Nam exorbitare facile quidem est depravatae humanae, sed reuocare gradum, hoc opus, hic labor est.

Minor itaque sibimet ipsi contradicit,

## XI.

Quicquid opponitur bona intentione Calvinistis negantibus: Humanam Christi naturam esse omnipotentem: id non est reprehendendum.

Sed hec propositio: Humana Christi natura, IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda, hac ipsa intentione Calvinistis opposita est.

Ergo: Non est reprehendenda.

Respondeo,

**Bona intentione.** Respondeo. Neganda est Maior, quia non sunt  
tio fons se-  
re, unde omni facienda mala, ut euenant bona. Deinde non sunt sta-  
nes hæreses tuenda noua dogmata ex bona intentione. Sic Maior  
fluxerunt. iste prætendebat, se hac intentione, ad confutationem  
**Inf. 152.** Papistarum ista propositione usum esse: **G. Maior.** Bona opera  
sunt necessaria ad salutem, ne illi nobis obijcerent, ne-  
cessitatem honorum operum à nostra Ecclesia non do-  
ceri. Sic Illyricus subinde repetebat, sese eam ipsam ob-  
**Illyricus.** causam hoc dogma: Peccatum originis est substantia,  
suscepisse, ut contra Pelagianos obtineret, non esse leue  
malum peccatum originis, nec tantum accidentia, aut qua-  
litates in homine, sed totam substantiam quoque hominis esse  
uitiatam & depravatam.

Sed Ecclesia hæc ferculnea folia non recepit, non  
recipere debuit uel potuit. Omittenda igitur sunt eius-  
modi κριστούγετα.

## XII.

Lutherus quoque abstractis uocabulis utitur.

Ergo. Idem sentit.

Respondeo. Nusquam dicit Lutherus: Humana  
Christi natura, IN ABSTRACTO est om-  
nipotens, uiuifica, adoranda. Ergo iniuria fit Lutero.  
Nec

Nec debent sententiæ eius per uim ad nouum dogma  
deterqueri, Quia id non sinit Veritas, neq; id admittit  
pietas.

Imo refutat hoc nouum dogma Lutherus, quia sic Tom. 3.  
inquit: (Attende, expende) Scriptura Prophetica &  
Apostolica, & nostræ fidei symbolum, ac confessio sic <sup>Lutherilo-</sup>  
docent: Nos, cùm Christum natum ex uirgine, uidelicet mè pugnat <sup>cus maxi-</sup>  
hominem adoramus, non adorare aliquem purum, ut uo= <sup>cum senten-</sup>  
cant, seu merum hominem, seu alium à filio Dei, qui SE= <sup>tia Heshusij</sup>  
ORSIM extra Deum, sit persona quædam SEP= <sup>timba</sup>  
RATA, SE ORSIM adoranda, sed adorari à <sup>ordinalis</sup>  
nobis æternum, uerum, unicum Deum qui cum Patre <sup>erga illam</sup>  
æterno & Spiritu sancto, unus est Deus, æternus, &  
cum humana natura assumta ex uirgine, una est per= <sup>7743</sup>  
sona seu unus Christus. Hunc fidei nostræ seu do= <sup>7744</sup>  
ctrinæ de filio Dei uerum intellectum quisquis non  
habet, eum necesse est tanquam toto cœlo à sententia  
scripturæ Propheticæ & Apostolicæ deerrare. Neq;  
unquam recte iudicabit de dictis, quæ de Christo ali= <sup>7745</sup>  
as alia forma loquuntur. De nouissimis uerbis Da= <sup>7746</sup>  
uidis.

Recte dicitur: Naturam humanam adorari,  
**NON IN ABSTRACTO, sed IN**  
Concreto

## COLLATIO DE CONTRO

**CONCRETO.** Quia est una persona, ut non possis adorare Deum, quin adores hominem. - Lutherus in 53. cap. Esaiæ anno 1544. traditum, collectum per Rorarium, & editum 1550. per Stephanum Tucherum fol. E. 7. Ibidem. Constituisti eum super omnia opera manuum tuarum, also sol es auch heissen/ secundum naturam humanam, sed **TANTVM** secundum **CONCRETIONEM**, ut etiam Angeli omnes adorent, flectant genua, illi filio virginis fugenti ubera, & dicant, **N**es Creator & Dominus fol. E. 6b.

Hinc uero constat, & si humana natura Christi adoranda est, tamen non **IN ABSTRACTO** adoranda est.

Item I. tom. Isleb. fol. 206. Wenn wir sagen Christus der Mensch ist Schepffer Himmel vnd der Erden / an den man gleuben vnd vertrawen sol / oder den ... an anbeten sol / so reden wirs nicht von dem blossen vnd abgesonderten Menschen **V L N A D S S E X V N D O N G O D E** / sondern reden von dem Menschen oder von der Person / die zugleich Gott vnd Mensch ist in einer Person/ vngesondert vnd vnzertrent. Nemlich / **D**eo

Aduertant  
hic Luther  
masstiges.  
Sup. 57.

Collatio

Deo incarnato, von dem ich nicht in Abstracto, oder absolute, wie es die Alten genent/ Sondern IN CONCRETO sagen mus / Christus Gottes vnd Marien Son/ ist Schepper Himels vnd der Erden / den man ehren vnd anbeten mus.

*Hec uiri Dei dicta cludenda non sunt, quasi uel non intellexisset hanc doctrinam Lutherus, uel aliter illis uocabulis usus esset.* Nam communem usum horum uocabulorum in Theologia retinuit.

## XIII.

*Est τογοναχια pugnare de uerbis, quando de rebus consentitur.*

Respondeo. Sic Refutatores suos excipiebant  
*Adiaphoristicarum corruptelarum propugnatores,* G. Maior.  
*Maior ille, & alij nonnulli, ut scripta publica testantur.* Non est al-  
*Sed in rebus istius propositionis: Humana teratio de-*  
*Christi natura, IN ABSTRACTO est omnipotens, boni & attenti Doctores Ecclesiae, non con-* Inf. 103.  
*sentire possunt. Et res hac propositione comprehen-*  
*sae, sunt grauiissimae, ut expositum est. Ideo haec obie-*  
*ctione non admittitur, nec tollit scandalum datum.*

Ruditas

COLLATIO DE CONTRO  
XIII.

**E**nfundatum, quo corrupcionem prelarum patroni & Ruditas atq[ue] insacia oppugnant hanc propositionem: *Humana Christi natura, IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda.*

**R**espondeo. Sic ruditatem suis refutatoribus propugnantes obiecerunt, Maior ille, Illyricus, & ipsi Sacramentatores p[ro]p[ter]a orumq[ue] ritu[m]. Sed haec nihil habent fundamenti, & multo tutius nitorum est, in timore Domini in alijs quoq[ue] agnoscere dona Dei, strenui conuiciatores praesertim in ijs, qui monstratis fundamentis, monent. innituntur. Etiam asinus Bileam monet suum Dominum, & queri-  
**I**nf. 162. tur se iniuste uerberari.  
**N**um. 22.

CONCLVSION.

Tutius igitur est, manere in regia via in reuelatis: in certis: in perspicuis: quam nouas propositiones gignere aut tueri. Nam ex ista collatione per Dei gratiam, facile conspicitur, hanc propositionem nouam esse: inusitatam esse: periculosa[m] esse: imo Dei & doctrinæ Ecclesiarum Christi consentaneam non esse: utilem non esse: Sed periculosa[m] potius, utpote noua certamina accersentem, & Ecclesias Christi turbantem.

Iam

Iam si per imprudentiam hæc propositio excidit, consultiſum est, ut non defendatur, sed abiciatur. Id est in honorem Dei, & propter tranquillitatem Ecclesie Christi, omnesq; occasiones certaminum amputentur.

Porro si quis putat, argumenta illa quæ refutata sunt, non iuxta suam sententiam esse contexta, sciat, me rationes quæ afferuntur, in conspectu habuisse, & sine omni dolo malo eas in syllogismos redigisse, ut singula propositiones examinari possent. Ponat autem quicunq; uoluerit patrocinari illi propositioni, ipsem et integra argumenta, ut singula membra examinari queant. Res enim ipsa docebit, in idem lumen reuoluim omnia. Tantum uero scopus controversiae non transponatur, ut pietas ipsa requirit, tum expeditius erit iudicium.

Quod ad me attinet, plane, aperte, simpliciter ex= posui, quid de qualibet augmentationum connexione sen= tiam. Serio autem & in timore Domini hæc annotavi, scripta sit. tantum elucidandæ ueritatis studio. Nocere hisce commonefactionibus uolui nemini, prodeesse omnibus.

Augere disputationes nolui, sed eas potius præcidere & amputare, ex turbationes Ecclesie alioquin satis superq; afflictæ, tollere ac sedare. Libertas autem in

respondendo ad uitiosas argumentationes, propter ueritatis testimonium & illustrationem necessaria est, in qua tamen moderationem adhibitam esse, collatio ipsa testabitur. Non illibenter autem iudicio recte sentientium ac iudicantium, iuxta illustrem uerbi diuini normam, & hanc collationem subiungo. Nam uerbum Dei merito est ac manet index omnium articulorum fidei, ut Psalmus

**Psal. 119.** inquit: *Lucerna in dibus meis uerbum tuum.* Vbi igitur uerbum Dei absq[ue] fraude & detorsione inconueniente monstrari potest, ibi uincit ac regnat ueritas. Vbi uero dogma uerbo diuino destituitur, nihil in articulis fidei habet roboris, siue Angelica, siue humana suffragia innumera afferantur.

Oro autem Filium Dei, ut per Spiritum sanctum, in hac quoq[ue] controuersia, nos in omnem ueritatem ducat, atq[ue] ab omnibus scandalis clementer custodiat. **A**men.

**DEO SIT GLORIA.**

**SYNODVS.**

# SYNODVS PRVTENICA.

DE CONTROVERSIA IN-  
TER EPISCOPVM SAMBIENSEM,  
& Pastores Regiomontanos, 16. Ja-  
nuarij. Anno Domini

1577.

## PROPOSITIO.

**N**ostre Principis Alberti Friderici Ducis Prus-  
siae Cancellarius ista exponit. Illusterrimus Prus-  
siae Princeps, Albertus Fridericus, &c. Dominus  
meus clementissimus, uobis, Reuerendissime, Venera-  
biles, Nobiles, Magnifici, Clarissimi, prudentes, & ho-  
nesti uiri, suam denunciat gratiam & benevolentiam, ac  
singulis a Deo Opt: Max: omnis generis bona prece-  
tur. Agit etiam singulis & omnibus ipsius Celsitudo  
clementer gratias, quod ad ipsius scriptiōnem, tanta cum  
significatione obedientie huic ueneritatis, ac promittit, se se  
hoc officium gratiōse compensaturum esse.

G z

Causæ

Causæ his-  
ius conuo-  
cationis.

Causæ autem, cur hic uos conuocārit, ipsius celsi:  
habet quām grauiſſimas, ad communem Christi Eccle-  
ſiam in his terris ſpectantes. Notum enim ſine omni  
dubio, uobis omnibus eſt, ante biennium exortum eſſe cer-  
tamen Thologicum, inter Pastores Regionemontanos,  
D. Benedictum Morgenſtern Pastorem Kniphouia-  
num, M. Ioannem Wedmannum Pastorem Eccleſie in au-  
la, M. Hieronymum Mörlin Pastorem in Lebenich: &  
Epifcopum Sambienſem Doctorem Tilemannum Hes-  
busium, quo quidem ipsius Celsitudo uehementer eſt per-  
turbata. Quia ipsius Celsitudo adhuc in recenti memo-  
ria habuit, quantæ ante paucos annos turbæ in hiſce Pru-  
tenicis Eccleſijs ſint concitatæ, & quantis tempeſtati-  
bus iactata, plurimis dannis affecta ſit, tum Eccleſia,  
tum politia in controuerſia Oſiandri. Sui itaq; ſe officij  
ipsius Celsitudo commonefecit, & cum non ignoret, ſe officij  
cufodem eſſe prime & ſecundæ tabulæ Dehalogi, non  
potuit non iſtius tanti negotij cura & ſollicitudine affi-  
ci.

Primum igitur Consiliarijs ſuis, ad gubernatio-  
nem deputatis, Epifcopo Pomezanensi Iohanni Wigand-  
do, & alijs quibusdam hoc dedit negotij, ut ſue Celsi:  
nomine,

nomine, partes utrasq; uocarent, atq; inter eas trans= actionem cause & reconciliationem personarum tenta= rent. Sed auditis partibus, cum longius uiderentur excurrere, communi consilio uisum fuit commodius, ut scriptis ea res ageretur. Mandatum igitur utriq; parti est, ut scripto breui ac succincto res ipsa com= prehenderetur, ac tantum realia attingerentur, omissis omnino parergis & impertinentibus, omissa narratio= ne de processu, omissa deniq; uerborum amarulentia atq; conuictijs.

Pastores igitur ad Mandatum Principis Scriptum obtulerunt breve, posita accusatione diserta, & subiun= ctis aliquot rationibus, non facta mentione processus. Hoc igitur Pastorum Scriptum Episcopo traditum est, qui longo temporis spacio sibi sumpto, ad eum modum re= spondit, ut eius Celsitudinem, summo dolore ac moerore affecerit. Valde enim prolixum scriptum exhibuit, quod Principis mandato nequaquam conuenit. Nec tantum ad principale negotium non respondet (uti de= bebat) sed etiam alia miscet, que ad maiores distractio= nes causas praebere uidentur. Meminit talium, que buc non pertinent, & quidem præter statum cause, contra ipsius Celsi. inhibitionem.

Proinac Illustrissimus Princeps re ipsa compri-  
ens hanc controuersiam ea incrementa indies accipere,  
ut de ea non solum scripta accumulentur, sed etiā insug-  
gestu tractetur. Imo, ut quidam Ministri incipient homi-  
nes ab Absolutione ex usu Cœnæ Dominicæ arcere,  
qui nimis cum Episcopos sentire nollent, coq; pacto su-  
binde pericula Ecclesiæ crescere, ac nisi mature ad tan-  
tum incendium, quod iam passim flammæ spargit, restin-  
guendum adcurratur, totam Ecclesiam breui consumptū  
iri. Itaq; significat, se non posse non suo uti munere, ex  
prouidere, ut tantis malis tempestiue obuiam eatur.

Fons autem ex status istius rei breuiter est iste:  
Episcopus Sambiensis, nonnulla in sua Assertione in  
publicum emisit, quæ à Pastoribus reprehenduntur. Et  
quidem agitur de hac propositione: *Humana Christi  
natura, IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda.* Ac in sunt Assertioni quædam eius-  
modi incommodæ locutiones.

Iam itaq; Illustrissimus Princeps a nobis omnibus  
consilium ex sententiam exigit.

*Primū: An ista propositio: *Humana Christi natura,  
IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda,* sit uera, ex in Ecclesijs nostris toleranda, uel non.*

*Secundō: An locutiones illæ à Pastoribus annota-*

Cur hic  
conuentus  
sit insitu-  
tus.

tæ in Assertione Episcopi, sint incommodæ, false & scandaloſæ, & omnino corrigendæ, uel non?

De hinc petit Illustriſſimus Princeps institui deliberationem, ſibiq; ſententiam communicari. Quod ad reliqua ſcripta priuata attinet, uel etiam deputatis oblatæ, palam hoc ſignificari uult Princep, ſi quis ea uelit legere, cuius ea offerre.

Habuit præterea Illustriſſimus Princeps hoc in uotis uel maxime, ut ipſemet iſti Synodo intereffet, ſuaq; prieſtia teſtari poſſet, ſuam Celfi. rebus Eccleſiæ ſerio afſici. Sed ualetudinis ratione hoc tempore impediſi. Petit igitur ſe excuſatum haberi. Maiore itaq; cura & diligentia hoc arduum negocium expendetis, & quonam pacto hoc incendium reſtingui poſſit, ueſtram ſententiam exponetis, Idq; propter eum finem, ut Eccleſiæ ſalutaris ſua concordia & pax publica iterum reſtituantur.

Orat deniq; ipſius Celſitudo, quia hoc negocium ad glorian Dei & tranquillitatem Eccleſiæ pertinet, ut Dominus Deus iſti graui deliberationi & piæ ſententiariū collationi benignè adeffe dignetur, cōſilia & conatus gubernet, ut ea decernātur, que ad ueritatis diuinæ conſeruationem ac propagationem, & Eccleſiæ ſalutarem ædificationem, plurimorumq; hominum ſalutem facere uidentur.

G 4

Ponitur

Ponitur autem in medium ipsa *Assertio Episcopi D. Tilemanni*, quæ occasionem controversiæ præbuit, & in qua illæ locutiones extant excusæ, quas Pastores tam longo tempore priuatis collationibus reprehendunt atq; correctionem flagitârunt, Idq; conseruandæ ueritatis diuinæ, & publicæ concordiæ in Ecclesia Dei sanciendi gratia.

Et ut omnia sint expeditiora & clariora, loci ipsi simul, ex *Assertione illa de uerbo ad uerbum descripti*, exhibentur toti Synodo.

In præsentia enim de ipsis fundamentis controversiæ, exponendas etq; conferendas esse sententias, consultissimum esse uisum est, ut hac ratione medicina uera & salutaris, ex imo quasi uulnere adhiberetur. Postea uero omnia per gratiam Dei futura esse faciliora.

Subiectiuntur autem à Cancellario pia uota, ut Dominus Deus isti conuentui, pro sua misericordia adsit ac præfit, illuminet ac dirigat singulorum mentes, ut ueritas cognoscatur ac pronuncietur, ad ipsius Dei gloriam & istius perturbatæ & afflictæ Ecclesiæ tranquillitatem & plurimorum hominum salutem.

His peractis, supremus Illustriſſimi Principis Secretarius, locos ex *Assertione consignatos*, publicè prælegit. Sunt autem isti:

I. fol

I. Fol. 96. b. In quæstionem uenit: *An Filius Dei  
λόγος, diuinitatis suæ uirtutem, gloriam, maiestatem, proprie-  
tates, ita communicárit humanæ suæ carni a se in  
personæ unitatem assumptæ, & reuera in eam transfu-  
derit, ut non solum in Concreto, uerum etiam in Abstra-  
cto ipsi humanitati unitæ λόγος, recte & secundum Scri-  
pturam tribui & possint & debeant.*

II. Fol. 98. Naturæ in Iesu Christo nullo modo sunt  
confundendæ. Necessariò autem sequeretur naturarum  
confusio, si humanitati Christi in abstracto tribueretur  
omnis potestas.

III. Fol. 102. Ambrosius quoq[ue] grauis author, non  
dubitauit in Abstracto humanitati Christi omnipoten-  
tiam tribuere.

IV. Ibid. b. Et pia antiquitas non dubitauit in ab-  
stracto hanc maiestatē uiuificandi tribuere carni Christi.

V. Fol. 104. Non tantum in Concreto loquuntur  
Augustinus & Cyrillus, hominem Christum esse ado-  
ravum: Sed in Abstracto carnem & quidem perfectam  
Christi humanitatem unitam λόγος, adorandam esse. Huc  
pertinent & similes locutiones.

Fol. 96. Videndum, num λόγος sic quasdam propri-  
tates communicauerit suæ humanitati, & uirtutem

## SYNODVS

Si uam in carnem transfuderit, ut ea non solum in Concreto,  
sed etiam in Abstracto, hoc est, per appellationem, que  
ipsam naturam humanam p̄ se consideratam significat,  
humanitatem Christi uere, & iuxta Apostolicam doctrinam  
adscribi possit. Ibid. b. Aliæ uero proprietates,  
uirtutes & maiestas ita communicantur, ut etiam in ab-  
stracto recte tribuantur humanitati, sine delectione eius,  
& sine naturarum confusione.

## VOT A.

Postea rogantur sententiae, & quidem iubentur a  
Cancellario nomine Principis Pastores exponere sua ius-  
dicia. Episcopum uero Pomezanensem postremo loco  
conclusurum esse. Pastores itaque, uti alternis ex utrisque  
Episcopatibus confederant, grauiter & modeste omnes  
in eam sententiam uno ore & pectore pronunciant, quam  
& reliqui suis suffragijs & expositis rerum fundamen-  
tis comprobant. Fuerunt autem congregati in ea Synodo  
personæ uiginti.

Controuersiam grauem & periculosa inter E-  
piscopum Sambensem & Pastores Regiomontanos ex-  
ortam esse, magno cum dolore animis se cognouisse. Fa-

cile

cile enim se prospicere, etiam superiorum annorum historijs edoclos, quid turbarum ille uetus generis humani hostis, eiusmodi controuersij concitare tentet, praesertim cum hæc misera Ecclesia, uix sit ab incendio Ostdrico miranda Dei clementia, potentia & gubernatione liberata & tranquillitati restituta. Orare igitur se humilibus pectoribus Deū, ut ipse dignetur iuxta pruisionē:

*Ubi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, ibi ero in medio eorum: huic conuenient os sua misericordia in teresse, & singulorum corda regere, ut ueram sententiam perspiciant, profiteantur, et ut hoc periculose certamen pie ac salutariter componi ac sedari queat, Amen.* Matth. 8.

Deinde modestè testatur, se quidē malle alios doctrinā, sapientia, usurerum magis præstantes, de tantis rebus audire. Sed qui aper Dei gratiam in publico docendi uerbum Dei ministerio uersentur, & Magistratus Christianus a se iure suo postulet de his, ~~in aggre~~ controv ersijs sententiam, se in timore Domini, pl. <sup>la</sup> M̄ impliciter, & iuxta conscientias suas ea prolaturos, quæ ipsi iuxta normam uerbi diuini censeant esse recta & uera, Et quæ ex adiutorio, falsa & scandalosa existiment, præfertim curi id exigat uerbum Dei et Ecclesiæ necessitas. Nec se in animo habere, quenquam scienter & uolenter iniurijs

iniurijs afficiendi, aut quo quis modo lēdendi. Secuturos  
autem sese esse Illustrissimi Principis ordinem, & præ-  
scriptam rationem.

## DE PRIMO.

Quod igitur ad primam propositionem: Humana  
Christi natura, IN ABSTRACTO est omni-  
potens, uiuifica, adoranda: eam sese iudicare esse falsam,  
erroneam, blasphemam, & omnibus modis ex Ecclesijs  
harum Regionum exterminandam.

Causas uero se adferre etiusmodi.

1. Quia in sacris literis talis propositio non reperi-  
tur, imo nec res eius, perspicue ex uerbo Dei demon-  
strari possunt.

2. Quia non est typus sanorum uerborum in Ecclesia  
Christi. Nemo enim ex veteribus aut recentibus Theo-  
logis hac propositione usus est.

3. Quia Lutherus ad cuius quidem scripta Corpus  
doctrine Prutenicum omnes harum regionum Doctores  
alligat) clare & diserte hanc propositionem damnat.  
Sic enim inquit: Humanitatem Christi esse omnipoten-  
tem, uiuificam, adorandam, NON IN ABSTRACTO,  
sed IN CONCRETO.

Testimonia

Testimonia eius reiecant.

In 53. cap. Esiae. Anno I 5 + 4. Recte dicitur: Naturam humanam adorari, NON IN ABSTRACTO, sed IN CONCRETO, quia est una persona, ut non possis adorare Deum, quin adores hominem.

Ibidem. Constituisti eum super omnia opera manus tuarum. Also sol es auch heissen/ secundum natum humanum. Sed tantum secundum CONCRETIONE M, ut etiam angeli omnes adorent, flectant genua illi filio virginis fugenti ubera, & dicant, Tu es Creator & Dominus.

Item I. tom. Ischb. fol. 206. Wenn wir sagen Christus der Mensch ist Schepffer Himmels vnd der Erden/ an den man gleuben vnd vertrauen sol/ oder den man anbeten sol/ so reden swirs nicht von dem blossen vnd abgesonderten Menschen VON ABSCHER VND ON GODE/ sondern reden von dem Menschen eder von der Person/ die zugleich Gott vnd Mensch ist in einer Person/vngesondert vnd vnzertrent. Nemlich/ Deo incarnato, von dem ich nicht in Abstracto, oder absolute, wie es die Alten genent/ Sondern IN Concreto

**CONCRETO** sagen mus / Christus Gottes  
vnd Marien Son / ist Schepffer Himmels vnd der  
Erden / den man ehren vnd anbeten sol.

*Quia hæc propositio manifeste est Corpori do-  
ctrinae Prutenico contraria. Nam id fol. 8. inquit:  
Wo man vonder Person redet / vnd doch darinnen  
VNTERSCHIEDLICH einer Natur ge-  
denkt / sol derselben IRE NATVR LICE  
eigenschafft gegeben werden.*

*Sed in hac propositione dicitur de humana natura  
distincte, & tamen ei non attribuitur Naturalis sua  
proprietas, sed diuina.*

*Ergo hæc propositio est Corpori Prutenico con-  
traria.*

*Item Corpus Prutenicum inquit ibidem: Und  
können noch sollen solche ANPES eigenschaff-  
ten/KEINER NATVR ALLEIN zuges-  
schrieben werden. Item: Weil keine Natur FVR  
SICH ALLEIN solch werck vnd ampt / nach  
Gottes Rat füren noch verrichten können. Hæc  
desumpta sunt ex usitata Regula:*

Nomina

## PRV TENICA.

tit.

Nomina officiorum, competitunt utriq; naturæ  
Christi.

Sed uiuificatio, saluatio, &c. sunt Amptis eigen-  
schaffen/ quas hæc propositio tribuit naturæ humanae,  
& quidem IN ABSTRACTO.

Ergo hæc propositio Corpori Prutenico est con-  
traria.

Item Corpus Prutenicum inquit: Hat derhal-  
ben in solchem Ampt vnd Werck / Christus als  
vnser Mittler / nicht etwas allein nach einer Na-  
tur g'handelt vnd verrichtet / sondern alles nach  
beiden Naturn / Wie der Synodus Chalcedonensis  
spricht: Agit utraq; natura cum communicatione  
alterius, ist vnser Mittler für Gott vnd Fürsprach  
oder AdvoCAT/ nicht die Gottheit allein/ auch nicht  
die Menschheit allein / Sondern die Göttliche  
Menschheit/ vnd die Menschliche Gottheit/ schreibt  
Augustinus de oribus, cap.12.

His uerbis Corpus Prutenicum pronunciat, eius-  
modi proprietates, NON IN ABSTRACTO,  
sed IN CONCRETO attribui humanæ Christi  
nature.

Ergo hæc propositio est contra Corpus Pruteni-  
cum. Item, inquit Ibid: Wo die Werck getrennet  
werden/

werden / werden on zweiuel die Naturn auch da-  
mit getrennet / vnd zwei vnterschiedliche Personen  
gemacht.

Sed hæc propositio attribuit humanæ Christi natu-  
ræ, IN ABSTRACTO uiificationem.

Ergo hæc propositio, iuxta iudicium Corporis doc-  
trinæ Prutenici diuidit naturas Christi, & facit duas  
personas.

5. Quia Corpus Prutenicum diserte prohibet, ne no-  
ua & periculosa dogmata in Ecclesiam inuehantur.

Sed hæc propositio est noua in his terris, quia ha-  
ctenus fuit inaudita. Et est periculosa, quia iuxta  
Corporis Prutenici censuram, diuidit naturas Christi  
& duas efficit personas. Et hanc ob causam, ut experi-  
entia docet, ipso facto turbat Ecclesiam.

6. Quia essentiales proprietates filij Dei, licet re-  
uera communicentur humanæ Christi naauræ: Tamen  
non sunt essentiales proprietates humanæ naturæ in-  
quam.

Ergo non potest dici: Humana Christi natura,  
IN ABSTRACTO est omnipotens, uiifica,  
adoranda, sed potius dicendum est, IN CONCRE-  
TO.

Quæ-

Quapropter exhibe rationibus concludimus, hanc propositionem: *Humana Christi natura, IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda; esse, ut nouam, peregrinam, falsam, impian & blasphemam reiiciendam & damnandam, & ex Ecclesijs harum Regionum remouendam & explorandam.*

## DE SECVNDÖ.

Quod ad alterum caput attinet: *An locutiones quædam in Assertione D. Episcopi Sambiensis, sicut annotatæ & prælectæ sunt, incommodæ, non consentaneæ ueritati & scandalosæ sint?* Et an sint corrigendæ, uel non? Significant Pastores Iesu breuiter & dilucide sententias suas Deo iuuante explanatuos esse.

Primum autem testantur, sibi summo dolori esse, quod Episcopus, pater suus spiritualis tam excellentibus donis prædictus, ita impegerit in impressa Assertione, ac se quidem mox initio, eo libro in lucem edito, ijs locis inspectis, offensos esse magna cum mæstria, & scandalum inde exorturum esse, non obscure præuidisse. Augere etiam hoc ipsum sibi cruciatus animorum, quod D. Episcopus fraternis Pastorum admonitionibus non dederit locum, & res nunc ad istum conuentum

H

deducat

deducatur, ubi ipsi de locutionibus sui Episcopi rogentur sententiam. Sed cum ex officio hoc honoris Deo suo debent, ut sanctum a prophano separent, ac procul tenebras a luce secernant, & ab Illustrissimo Principe, sub cuius imperio uitam agant, & ministerio docendi Ecclesiis fungantur, iubeantur suas exponere sententias, sese iuxta mandatum Dei, & conscientiae rationem, non posse confessionem suam cælare. Habituros autem se rationem ueritatis diuinæ in uero Dei timore, præsertim cum breui in conspectu filij Dei etiam de hoc conuentu sit reddenda ratio.

Rationes cur locutiones Heshu, nec profiteri, nec iudicare posse, quam consignatas & sianæ sine publicè prælectas locutiones in Assertione D. Episcopat scandalosa, et omnino pī, esse incommodas, scandalosas, non consentaneas ueritatem corrigendas, corrigendas, Idq; exhibe rationibus:

Prima.

Quia loquitur de reali communicatione. Sed in redditiva particula, ad modum loquendi, tanquam ad communicationem phraseos deflebit. Ergo turbat lectorum.

Secunda.

Quod subiectum in omnibus istis locutionibus est: Humanitas Christi. De ea uero prædicatur, quod IN ABSTRACTO sit omnipotens, uiuifica, adoranda. Nam id omnium sanorum iudicio appellatur prædicatum,

catum, quod de alio prædicatur. Congruunt igitur hæc locutiō cum superiori, quæ in prima parte recitata est.

Quia accusat Autor Sacramentarios, quod ex hac Tertia propositione: Humanitati Christi IN ABSTRACTO tribuitur omnis potestas: ratiocinentur, necessariō sequi naturarum confusionem.

Ergo hæc propositio ab Episcopo esse ueratur, nempe: Humanitati Christi IN ABSTRACTO tribuitur omnis potestas. Sed hæc propositio prorsus consonat & subiecto & prædicato, cum superiori in prima parte expressa, quæ per se falsa & impia est. Ergo & hæc.

Quia in Abstracto, ipsem et Author interpre= Quare  
tatur fol. 96: In Abstracto, hoc est, per appellationem,  
qua ipsam naturam humanam PER SE considera-  
tan significat. Ergo ista oratio, iuxta Autoris decla-  
rationem, sic sonat: Ipsa humana Christi natura PER  
SE considerata, est omnipotens, uiutifica, adoranda.  
Hæc ex ipsa declaratione & uerbis Autoris patent, ut  
nemo possit prætendere, ea affingi Autori.

Quia haec locutiones sunt manifeste et dtz. qd contra Quinta.  
Lutheri Negationem. Nam (ut supra, ex allegatis ipsius Sup. 109.

testimonij ostensum est) Lutherus clare pronunciat, istas proprietates diuinæ, item officia Messiae, non tribui humanae Christi naturæ IN ABSTRACTO, sed INCONCRETO.

Ergo. Iste locutiones in Assertione, per se sunt nō uæ, scandalosæ, falsæ. Alligat autem Corpus doctrinæ Prutenicum hanc Ecclesiam ad scripta Lutheri.

Sexta. Quia hæ locutiones, manifestè ac directè sunt contra Corpus Prutenicum. Nam id inquit, ut supra dictum est:

Sup. III. Quando distinctè nūius naturæ fit mentio, tunc ei suæ naturales proprietates attribui debent.

Sed locutiones in Assertione positæ, distinctè de natura humana loquuntur, & tamen ei non sua naturæ proprietas, sed diuina uirtus, id est, omnipotētia, etc. attribuitur.

Ergo hæ locutiones, PER SE sunt scandalosæ & falsæ.

Septima. Quia Corpus Prutenicum rectè ait: Officiorum proprietates, NVL LI naturæ SOLI attribui debere. Item NVLLA natura SOLA, PER SE hæc officia & opera habet aut exercet.

Sed

Sed istæ locutiones, *Viificationem*, & alia huma= Dicitur  
næ naturæ Christi IN ABSTRACTO tribu= Dicitur  
unt, & quidem Autor ipse sic declarat. *Humanæ na=*  
*turæ PER SE consideratæ.*

Ergo hæ locutiones in Assertione, directe sunt  
contra Corpus Prutenicum, & per se scandalosæ &  
falsæ.

Quia Corpus Prutenicum palam asseuerat, natu= Octava.  
ras Christi diuidi, & duas personas effici, quando ope= Dicitur  
ra Christi diuiduntur.

Sed hæ locutiones in Assertione, tribuunt huma= Dicitur  
næ Christi naturæ IN ABSTRACTO viiifi= Dicitur  
cationem, omnipotentiam, &c. hoc est, humanæ naturæ  
Christi, PER SE consideratæ.

Ergo hæ locutiones sunt contra Corpus Pruteni= Dicitur  
cum, hoc est, per se sunt scandalosæ & falsæ.

Quia Episcopi quoq; alligantur ad hoc Corpus do= Nona.  
ctrinæ, in libello de Elect: Episcoporum. A. 3. b. his  
verbis: Desgleichen sollen sie auch (die Bischöfe)  
für ihre person nichts übels/zenkischs und unrichti-  
ges ansehen/oder wider obgemeltes Corpus doctri-  
næ präch zu einiger spaltung geben.

Sed hæ locutiones in Assertione sünd vñrichtig  
vnd wider das Corpus doctrine.

Ergo sunt scandalosæ & falsoe per se.

Decima.

Quia toties eadem propositio, paululum uariatis  
uerbis in Assertione reperitur, ut appareat, Autorem  
studio uoluisse eam affuerare. Sicut etiam audiuimus, fo-  
ris cum in Germania, de eadem prorsus propositione  
cum quibusdam contendisse.

Vndecima.

Quia siue hæc phrasis, in Abstracto, ad preda-  
cum, siue ad subiectum referatur, est falsa, In hac quidem  
propositione. Sic autem ipse met declarat: In Abstracto  
hoc est, humana natura P E R S E considerata. Id ue-  
ro in hac oratione est falsum.

Duodeci-  
ma.

Quia sunt nouæ & peregrinæ locutiones, que scan-  
dalum & errores gignunt: quia non sunt typi sanorum  
uerborum, uti commonistratum est.

Decima-  
tertia.

Quia multi boni, pijs & docti uiri, hisce locutioni-  
bus in Assertione sunt scandalisati, eam ipsam ob causam  
quiasunt nouæ & false, Ut hic in Prussia, in Marchia,  
in Saxonia, in Thuringia, &c. Imo & in proximis comi-  
tijs Regni Polonici, Toroniæ, aliquid eruditii Poloni  
testati sunt, se se hisce locutionibus in Assertione offen-  
sos esse.

Ex

Ex hisce igitur fundamētis, aiunt Pastores, sese concludere: Locutiones istas in Assertione esse incommodas, scandalosas & falsas, & omnibus modis corrigendas, ut scandali materia, & seges maiorum distinctionum ex Ecclesia tollatur.

Bona tamen in spe sese testantur esse, D. Episcopum commone factum, non grauatin basce scandalosas & falsas locutiones correcturum esse, Idq; propter gloriam Dei, & tranquillitatem atq; salutem huius miseritiae Ecclesiae, quæ quidem una cum Politia in maximis periculis iam ueratur, ita ut sit metuendum, ne, si (quod ab sit) ista contentio mansura sit, horrendam & periculosam afferat mutationem, præsertim instantे nunc conuentu prouinciali.

Quod de mente Autoris afferatur, id non iustificare scandalosas & falsas locutiones. Nam de facto, hoc est de manu scriptis atq; diuulgatis in orbem publico libello iam differri. Eas autem locutiones, pro ut uerba acent & sonant, esse scandalosas & falsas. Has igitur plane & aperte corrigendas & damnandas esse, Lutherum in libro de Concilijs docere: Man sol nicht allein recht, Tom. 7. Nestoriu te meinung haben/sondern auch recht reden. Item damnatus. palam ibi profiteri: Nestoriū quidem habuisse ueram sententiam, sed nihilominus recte pro heretico damnatū,

quia incommodas & scandalosas sententias protulerit.  
 Imo licet conuictus, in hac uerba crumperet: Dicatur  
 Maria Dei genetrix, & cessest molestia, non tamen re-  
 Nestorius ceptus sit a concilio, quia non directe & aperte agnoue-  
 damnatus. rit aut damnauerit scandalosas & falsas locutiones.  
 Item Lutherus Tom. 5. in Epistola ad Electo: inquit:  
 Es heisse sich in gefahr geben / wenn man vngerecht  
 geredt / vnd wil solches nicht corrigirn.

Insuper ipsa in propositionem in 3. parte Assertio-  
 nis, ubi quidem mens & sententia Authoris explicatur,  
 Sic ponit: In Abstracto inquit, hoc est, ipsi humana na-  
 turae PER SE consideratae, tribui potest & debet  
 diuina uirtus, gloria, maiestas, proprietates.

Quod ad contextum scripti, Respondetur: Ha-  
 locutiones in ipso contextu sunt uitiosae, scandalosae,  
 falsae.

Alicubi Autorem recte locutum esse, & extra  
 propositiones collocasse terminos illos scholasticos, non  
 uocantur in controversiam, modo sane iotelligantur, &  
 absit impostura. Non enim sequitur: Alibi recte locutus  
 sum. Ergo semper recte loquor. Vel: Ergo & hic sum  
 recte locutus.

At

At hæ locutiones, quæ annotantur, non sunt rectæ.  
Sed scandalosæ & false.

In rebus & doctrina est consensus. Hic respon=  
dent Pastores, extra illas scandalosas & falsas locutio=  
nes. Eam enim ipsam ob causam se reprehendisse dictitant  
& adhuc reprehendere eas, quia in illis sese cum D.  
Episcopo sentire non posse.

Nec relevat Autorem, quod malam punctatio=  
nem refert ad ad typographum. Nam in autographo do=  
cent Pastores, eandem esse prorsus distinctionem. Male  
etiam sonare, in Abstracto fateri, &c. Et Autorem  
procul dubio, ex proposito non sic locuturum fuisse.

~~texwæ~~ usurpari terminum, in Abstracto illis in  
locis, nihil iuuat has malas locutiones, quia Author ipse  
interpretatur: In Abstracto, hoc est, ipsa humana natu=  
ra PER SE considerata.

Quidam etiam in hac Synodo testantur, sese legisse  
Episcopi & Pastorum scripta de hac contiouersia, &  
intelligere, quod Pastores iuxta Mandatum deputato=rum a Principe, simpliciter & plane sententiam suam  
exposuerint, quid in Assertione reprobant, & ex  
quibus fundamentis. Sed Episcopum prolixè quidem re=spondisse, uerùm fundamenta illa Pastorum non attigisse,

nedum refutasse solide, multaq; peregrina, ino etiam contumeliosa præter Mandatum Principis immiscuisse, quibus turbentur Lectores, ut fundamenta rerum non tam facile cernantur. Quidam uero dixerunt se non legisse ea scripta. Iam enim de ipso fonte controversiae institutam esse cognitionem, canq; ob causam ipsam Assertionem Autoris in medium esse positam, nec in praesentia exactum requiri iudicium de omnibus priuatis aut alijs scriptis. Esse enim de locutionibus in Assertione annotatis, sententias dicendas, an sint ueræ uel non, id est, an sint corrigendæ uel non.

## CONCLVSIO.

Postremo sententia totius Synodi scripto comprehensa, publicè à Secretario est prælecta, quæ est eiusmodi.

## IN NOMINE SACROSAN- CTÆ TRINITATIS.

Cum nulla Ecclesia Christi in his terris, ita possit esse tranquilla et beata, ut nullæ penitus controversiae in ea exoriantur, teste Christo Matt. 13. Attendum autem sit doctrinæ, ne controversiae motæ agrum Domini totum occupent, aut perdant, ut Christus & Paulus precepint:

cipiunt: Nos quoque in presentia, cum controuersia quaedam in hac Ecclesia sit exorta, censuimus pium, necessariorum & salutare esse, ut antequam nimis magna incrementata caperet, eam iuxta Normam ueritatis diuinæ, Deo benedicente, sopiremus & tolleremus.

Quod igitur ad doctrinam attinet, uera & immota est hæc propositio, in Ecclesijs nostris propter confessiōnem ueritatis, & refutationem Sacramentariorum constanter retinenda: Humana Christi natura, est omnipotens, uiuifica, adoranda. Est enim analoga Fidei. Viciſſim hæc propositio: Humana Christi natura, IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda, est falsa, impia & blasphemæ, ex Ecclesijs nostris remouenda & exterminanda in perpetuum, Quia non est Analogia fidei, nec consentanea est Corpori doctrinæ Ecclesiarum Prutenicarum, nec doctrinæ Lutheri, qui hanc propositionem rejecit. At sicut recte fecerunt, qui priorem propositionem sunt professi, retinuerunt ac retinent deinceps: Ita pie fecerunt ac faciunt, qui posteriore propositione reicerunt, damnarunt ac damnat deinceps.

Manet etiam hoc inconcussum, quod non tantum in Concreto, sed per uocabula cœcreta, recte dicatur (Christus est omnipotens) sed etiam in Abstracto, seu per uocabula

Abstracta

*Abstracta recte dicatur: Humanitas Christi est omnipotēs, idq; propter communicationem idiomatum in unitate personali. Sed ista uocabula, in Abstracto, non sunt in prædicatum propositionis posterioris inferenda.*

Quod ad incommodas locutiones attinet, cūm perplexæ, periculose & incommodæ locutiones, propter scandalum, ne uidelicet semina errorum scienter relinquantur, neue luci diui næ nebulæ quædam offundantur, omnium piorum & sanorum iudicio in Ecclesia Dei non sunt relinquendæ: Omnino necessitas pietatis postulat, ut incommodæ illæ locutiones, quæ in Assertione D. Episcopi Sambiensis, parte tertia extant, plane, simpliciter, candide, & quidem ultrò corrigantur. Nam eas incommodas & periculosas esse, & sicuti uerba iacent ac sonant, scandalo esse, multi boni & pijs uiri recte iudicarunt & monuerunt. Imo adhuc dicunt, Id quod multis in locis auditur, se talibus uerbis offendit. Ac certum est, relictis tali modo uerbis, etiam deinceps multos Christianos scandalisatum iri. Extant autem incommoda illa uerba fol. 96. a. b. bis. fol. 98. 102. a. & b. 104. 105. Possunt autem facilime sic per ipsum Episcopum corrigi, ut in illis sententijs, tali pacto oratio ponatur, ut extra propositionem ista uerba consistant: Non tantum per

per Concreta, sed etiam per Abstracta uocabula, licet  
loqui: Christus est omnipotens. Item: Humana Christi  
natura est omnipotens. Tum enim nihil amplius inerit pe-  
riculi, sicut & aliás in eo loco eiusmodi distincta oratio  
reperitur. Qua quidem de re non est disceptatio. Tan-  
tum uero hæ uoces IN ABSTRACTO, in præ-  
dicatum eius propositionis (ut supra monuimus) non in-  
ferantur unquam. Eaq; ratione omnis materia ulterius  
litigandi amputetur.

Ad uehementia & acerba uerba quod attinet, pietas monet, ut ea non defendantur, sed ut fiat pia depre-  
catio, & in posterum ab eis abstineatur. Nam hoc ipsum  
uox Dei præcipit.

Porro cùm scandalum ab Ecclesia, pie remouen-  
dum sit, & hæc Ecclesia, imo tota Prussia, sparsis scri-  
ptis ista controuersia sit repleta, & uaria excitata sint  
incomoda, necessitas & grauitas rei flagitat, ut coram  
Ecclesia pro concione, hæc plane & modestè exponan-  
tur: Damnari scilicet fassam propositionem ab omnibus  
huius Ecclesiæ doctoribus: nempe: Humana Christi  
natura IN ABSTRACTO, est omnipotens, ui-  
uifica, adoranda, & deinceps quoq; damnari debere. Et  
retinendam esse banc propositionem: Humana Christi  
natura

natura est omnipotens. Incommodes uero locutiones in Assertione parte 3. positas, quibus aliqui offendantur; Episcopum ultrò ad laudem Dei correclatur, ne cuiusquam scandalo sint. Quod ad scripta, quae sint sparsa, in quibus uehementia sunt uerba aduersus Ministros uerbi Dei, moneri omnes bonos & pios, ut ea remoueant ac delectant. Nam piam & salutarem reconciliationem esse factam, & uelle Ecclesiæ doctores in pace & concordia pia & salutari, Deo benedicente, Ecclesiæ toti seruire, &c. Hac ratione, Deo reddetur sua gloria, Ecclesiæ sua tranquillitas restituetur, bona mentes consolationem ingentem inde percipient, et plurimi scalamnijs aua praecidetur.

Iudicamus autem, & hoc Ecclesiæ necessitatem & ædificationem requirere, ut aliquid breve ac succinctum scriptum, utpote una aut duabus paginis ædatur, in qua haec ipsa exponantur, & diserte indicetur, quæ incommode locutiones, quomodo corrigendæ sint, ut membra Ecclesiæ in hac & alijs regionibus, non amplius uerbis offendantur.

Hæc pia, hæc sancta, hæc salutaria, hæc gloriosa Deo & hominibus esse, nihil dubitamus. Dominus noster Iesus Christus hanc suam cymbalam inter horren-

das huius uasti mundi tempestates fluctuantem, clementer  
et potenter protegat et conseruet, Quia ipse in eadem  
cymbula nobiscum nauigat, Amen.

Ea autem Conclusione recitata, cuius data est po-  
testas, liberrimo Spiritu admonendi et corrigendi, ac ite-  
rum ordine singulorum sententiæ sunt rogatae atque auditæ.  
Omnes autem eam Conclusionem approbārunt. Subse-  
cutæ postea sunt deliberationes de executioue.

Hic uero itum est in eam sententiam: Cūm duæ sint  
uiae componendi controuersias et certamina, nempe una,  
seuera sententia iuris executio, das Notrecht: Et alte-  
ra amica transactio, das Sunrecht: Ideo primo loco  
amicam transactionem esse tentandam, si forte D. Epis-  
copus amicis cohortationibus posset adduci, ut propositi-  
onem falsam damnaret, ac scandalosas locutiones agnosce-  
ret atque corrigeret, et reliqua, quæ decerent, ageret. Sin  
uero flecti non posset, tum denique illustrissimum Princi-  
pem ei posse Conclusionem huius conuentus mittere,  
propter sua autoritate iniungere, ut ea præstet, quæ in  
Conclusione sunt compræhensa.

Quædam etiam de Synod. pleniore monita sunt. Sed  
canon uisa fuit necessaria, præsertim cōmista controuer-  
sia ultra biennium durārit, et Ecclesia harum regionum  
in summo discrimine, etiam propter pericula Reip: impen-

dentia, constituta, postulet maturam opitulationem, ne  
hoc tantum incendium uniuersam Ecclesiam corripiat  
ac deleat.

## PERORATIO.

Testati sunt postremo omnes, & in primis Cancel-  
larius, sese præsentiam Dei in hac Synodo manifestam  
perspexisse, quod tam egregium & laudabilem consen-  
sum, in dicendis sententijs & Conclusione ipsa, pro sua  
misericordia præbuisset. Aguntur itaq; reuerenter  
Domino Deo gratiae, pro hoc præclaro dono, & petitur  
totis pectoribus, ut Iesus Christus sedens ad dexteram  
æterni Patris, & gubernans Ecclesiam suam in his ter-  
ris militantem, salutarem euentum huic toti actioni lar-  
giatur, ad sui ipsius nominis glorificationem, ad conserua-  
tionem ac propagationem doctrinæ sanæ & incorruptæ  
ad posteritatem, ad Ecclesiæ turbatæ sedationem ac  
tranquillitatem, & plurimorum hominum salutem; A-  
MEN.

Consiliarij porro summi scu Gubernatores, ad-  
iunctis sibi uiris honestis, rem totam Illustrissimi Prin-  
cipi exponunt, & mirandum consensum, tanquam insigne  
Dei

Dei beneficium prædicant, legunt etiam Conclusionem Synodi scripto comprehensam & comprobatam. Postea consilium quoque Synodi de amica prius transactio- ne tentanda, referunt. Quod si uero ea ratio sine fru- ctu, quod minime speretur, abiret, Illustrissimo Princi- pi ratione muneris sui sublimis incumbere, ut Conclusionem D. Episcopo, pro authoritate sua exhiberi curet, atque demandari, ut iuxta eam se se gerat.

Hoc Synodi consilium, ab Illustrissimo Principe approbatum est, ac Consiliarijs id negotij datum, ut sine longiori delatione amica actio inchoaretur, ne Ecclesia in hac discordia pereat.

Agitur itaque cum D. Episcopo tum priuatis bo- norum admonitionibus, tum etiam deputatorum ad eam rem, qui quidem ex personis Synodi fuerunt, exhortatio- nibus & rogationibus, ut Ecclesiæ afflictæ, ut politiæ in maximis periculis fluctuant, ut piorum gemitibus hoc daret, atque damnaret hanc propositionem: Humana Christi natura IN ABSTRACTO est omni- potens, uiuifica, adoranda. Et locutiones incommodas & scandalosas ultrò corrigeret. Id fore Deo gratum, Ecclesiæ necessarium & utile, ipsi quoque honestum & laudabile.

I

Sed

Sed Episcopus Sambiensis, queritur sibi iniuriam factam, Se scilicet propositionem in suis scriptis non posuisse. Deinde se traducitum, quasi diuideret naturas Christi, duasque efficeret personas. Locutiones suas in Assertione, se non agnoscere pro falsis aut scandalosis perse. Quod si alij offenderentur, suam non esse culpam. Offendi enim plurimos ipso verbi Dei. Satis declarari in textu hanc phrasin in Abstracto, quod eam extra propositionem ponat. Pastores confessos esse, in rebus cesse consensum. Si autem quedam locutiones videantur obscurae, se declarationem additurum, & scrupulum exempturum. Pastores oportere deprecari. Tandem se offert ad scriptam declarationem, qua omnibus abunde sit satisfactorius.

Monent autem Deputati, ipsas locutiones esse incommodas & scandalosas, idque experientiam etiam testata facere. Sed cum obtineri correctio non posset, & Episcopus declarationem scriptam polliceretur, licet id multi improbarerit, Quia Declarationibus non agnosceretur falsae locutiones, ne tanquam false corrigerentur, & ex historia Arij, Maioris & aliorum esse notum, quomodo confessiones multoties mutassent, & nihilominus in falsa sententia permanissent: Tamen, quia Episcopus polliceretur

se

sese pati posse, ut emendaretur Scriptū, tandem ei permisſū est, ut Scriptū componeret, idēq; hisce conditionibus, ne diu negotium extraheret, et Scriptum contexeretur breuius.

Scripto autem absoluto atq; exhibito, omnes Deputati magno cum mōtore deprehendunt, Episcopum multa miscere, quae hoc non pertinent. Monere quædam parum Ecclesiæ profutura. Dannare Pastores, atq; ab ipsis exigere pœnitentiam ac deprecationem. Iustificare suas locutiones. Offensionem in eis, tantum imputare lecto=ribus, uel imperitis rerum, uel maleuolis. Declarare scandalosas locutiones tali pacto, ut nulla correctio ad=mittatur, sed tantum quædam transpositio.

Deputati itaq; ad eam actionem, quia Episcopis po= testatem corrigendi eis fecerat, uti dictum est, remotis parergis & impertinentibus, ex eo ipso Scripto, correcti onem singulariū locutioniū instituunt, & hoc Extra=clūn (uti tunc quidem nominatum est) Episcopo tradunt. Sed is indignè accipiens, quia suum Scriptū effet mutila=tum, clare significat, sese nihil errasse, nihil etiam corre=cturum.

Hac igitur necessitate coactus Illustriſſimus Prin=ceps, Episcopo scriptis literis, Conclusionem Synodo ex=hiberi curat, ac pro suo officio ei iniungit, ut eam sequa=tur.

I z

Sed

Sed Episcopus recusat id facere, ac petit, ne contra suam conscientiam facere cogatur, ac promittit aliud Scriptum, quo uelit Principi & omnibus pijs satisfacere. In eo autem postea iterum iustificat suas locutiones, & se nihil errasse affirmat, attamen obscura illustrare, declarare, mutare tali pacto, ut uerba in Abstracto & Concreto, extra propositionem collocentur. Hanc etiam propositionem: Humanitas Christi, in Abstracto est adoranda: Se improbate, reuicere & damnare significat.

Hoc scriptum eas ob causas probari non potuit, quia locutiones illas scandalosas & falsas in Assertione, iustificaret per se: Quia relinqueret eas in Ecclesia tanquam uera dogmata: Quia quæsitis glossis, ex falsis & scandalosis dictis uellet euadere: Quia multi homines relinquerentur in peccatis: Quia p̄ij hac ratione non reconciliarentur: Quia scandala & uulnera Ecclesiæ hoc pacto non sanarentur: Quia ipse maneret in suis peccatis: Quia culpa in piis monitores transferretur: Quia maiores distractiones fecuturæ essent: Quia non esset Ecclesiæ ueræ consuetudo, isto modo excusatis scandalosis

G

& falsis locutionibus falsa dogmata tollere. Insuper ueteri more aliam Confessionem post aliam, aliud scriptum post aliud afferri, ac semper aliquid noui produci, Id quod res ipsa testabatur, ut finis scriptio[n]is nullus conspiceretur.

*Hec adhuc ad Synodi actionem spectant. Nam per personas aliquot, quæ Synodo interfuerunt, tum Ecclesiasticas tum politicas, ista sunt acta.*

*Quæ deinceps sunt secuta, alibi exponentur.*

DE PRIMA

I 3 CAVSÆ

D  
E communicatione Miehius apud mare quod est  
dum est in insula Vinalvay @ ut dicitur quod  
piscator communiter in litora per  
an et eorum itineris in Canticis  
de seculis non solum in  
litteris IV STRATEGIS operari posse.  
Est RASSE quod invenit in litora quod  
possit in Canticis non solum in  
litteris IV STRATEGIS operari posse.

134. CAVSÆ CVRLOCVTIONES QVÆ  
CAVSÆ  
CVRLOCVTIO-  
NES QVÆDAM IN TERTIA  
PARTE ASSERTIONIS D. HESHV-  
sij contra Exgesin Sacramentariam, sint  
scandalosæ & falsæ per se. Ex senten-  
tijs Synodicis & alijs delibe-  
rationibus & actionibus  
de hac causa col-  
lectæ.

## DE PRIMA.

CAVSÆ

Fol. 96.a. *Textus.*

, DE communicatione Maiestatis nobis nunc differen-  
dum est, ac uidendum: Num ἀόγα sic quasdam pro-  
prietas communicārit suæ humanitati, & virtutem su-  
am in carnem transferit, ut ea non solum in Concreto,  
sed etiam IN ABSTRACTO, hoc est, per ap-  
pellationem, quæ ipsam naturam humanam P E S S E  
consideratam significat humanitati Christi uere & iuxta  
Apostolicam doctrinam adscribi possit.

Fol.

Fol. 96. b. Textus.

In questionem uenit: *An filius Dei & diuinitatis suæ uirtutem, gloriam, maiestatem, proprietates, & ITA communicarit humanæ suæ carni, a se in personæ unitatem assumptæ, & reuera in eam transfuderit, ut non solum IN CONCRETO, uerum etiam IN ABSTRACTO ipsi humanitati unitæ & recte & secundum Scripturam tribui & possint & debeant.*

## R A T I O N E S

**C**ur hæc locutio sit scandalosa & falsa,  
sunt istæ.

## I.

Quia hæc propositio: *Humana Christi natura, IN ABSTRACTO, hoc est, per se considerata, est omnipotens, uiuifica, adoranda, est scandalosa, falsa, damnanda per se.* Rationes postea sequentur, quia Lutherus, Corpus doctrinæ Prutenicum, & omnes Orthodoxi eam damnant, & uel diuellit naturas, uel confundit naturas.

Sed autor Assertionis clare sic interpretatur phrasin in abstracto, et sic loquitur: *IN ABSTRACTO*

I 4

hoc

136. CAVSÆ CVR LOCVTIONES QVÆ

hoc est, ipsa humana natura PER SE considerata,  
fol. 96. a. est omnipotens, uiuifica & adoranda. Sic  
enim omnis ambiguitas locutionis in Abstracto, ab ipso  
authore tollitur.

Ergo haec propositio in Assertione est persecan-  
dalosa, falsa, damnanda.

III.

Rationum ex Corp. Quia est contra Corpus doctrinæ Prutenicum.  
doctr. Nam id diserte inquit fol. 8. b: Wo man vonder Per-  
son redet vnd doch dariñen VNTERSCHIED-  
LICH einer Natur gedenkt / sol derselben IRE  
NATVR LICH E eigenschaft gegeben werde.

Sed hic DISTINCTE de una natura dicitur,  
nempe, Humana & quidem PER SE considerata, ut  
declarat author ipsem. Præterea, diuina prædictum ej-  
se uirtute, id est, omnipotentia, non est NATVR A-  
LIS proprietas humanae naturæ Christi, sed solius di-  
uinæ.

Ergo per se falso est, quod in locutione Assertionis humanae naturæ Christi, IN ABSTRACTO,  
hoc est, PER SE consideratae, tribuitur omnipoten-  
tia & adoratio.

III.

zoi

+ 1

Deinde

Deinde est contra Corpus doctrinæ Prutenicum Secunda  
quia id diserte inquit: Und können noch sollen solche  
AMPE Eigenschaften / KEINER NATUR ALLEIN (Nota Allein) zugeschrieben  
werden. Sintemal eben darumb beide Naturn in  
dieser Person haben müssen vereinigt werden/  
Weil keine Natur FÜR SICH ALLEIN/  
solch werck und ampt/ nach Gottes Rat fürnen noch  
verrichten können. Ibid: Hoc est:

Officiorum nomina NON IN ABSTRACTO tribuuntur uni naturæ perse consideratæ.

Viuficatio autem, esse nostrum sacerdotem & Ad-  
vocatum apud Patrem cœlestem, &c. sunt officiorum  
nomina Amptseigenschaften.

Ergo per se illa locutio in Assertione scandalosa  
falsa & damnanda est: Quod nimirum humana Christi  
natura IN ABSTRACTO, hoc est, PER  
SE considerata(ut Author exponit) sit uiufica.

#### III.

Tertio est contra Corpus doctrinæ Prutenicum,  
quod diserte ait fol. 8: Wo die Werck getrennet wer-  
den / werden on zweiuel die Naturn auch damit ge-  
trennet/

138. CAVSÆ CUR LOCUTIONES QVÆ  
trennet, vnd ZWO VNTERSCHIEDLICHE personen Gemacht.

Sed hæc locutio in Assertione, affirmans humanæ Christi naturæ, IN ABSTRACTO, hoc est, (ut author ipsem declarat) Humanæ naturæ per se consideratæ tribui diuinam uirtutem, gloriam, maiestatem, proprietates, uiuificationem, separat proprietates & opera personæ Christi.

Ergo per se naturas diuidit, & duas efficit personas; Ut Corpus doctrinae Prutenicum recte pronunciat. Ergo per se est scandalosa, falsa & damnanda locutio.

V.

Quicquid eodem subiecto & eodem prædicato conuenit cum propositione ista scandalosa, falsa & damnata: Humanitas Christi IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda: Id pariter est scandalosum, falsum & datum.

Sed hæc locutio D. Heshusij congruit in subiecto & prædicato cum illa.

Ergo pariter ut illa, est scandalosa, damnanda. Minor patet. Nam illa habet subiectum istud: Humanitas Christi. Heshusij habet idem subiectum: Humanitas

unita

unita ἀόγῳ. Nulla enim existit humanitas Christi, nisi quæ sit unita ἀόγῳ.

Nulla igitur insubieclio est differentia.

Prædicatū uero habet illa propositio eiusmodi: IN ABSTRACTO, est omnipotens, uiuifica, adoranda. Hesus iuero habet idem prædicatum, nempe Non solum IN CONCRETO uerum etiam IN ABSTRACTO tribui potest & debet, diuina uirtus, gloria, maiestas, proprietas. Habet igitur hic quoq; terminum IN ABSTRACTO, & quidem expressius & ualidius, quam in illa propositione. Per Antithesin enim magis specificatur, nempe non solum in Concreto, uerum etiam IN ABSTRACTO. Deinde inquit, tribui potest & debet. Est & hæc oratio uehementior & potentior, quam illa: est omnipotens. Assuerat enim, quod omnino hæc humanæ Christi carni tribui possint & debeant. Tertio diuina uirtus & reliqua, nonne omnipotentiam, uiuificationem, adorationem continent, sicut ipsem etiæ postea euoluit? Itaq; nec prædicatum huius propositionis ad Minorem pertinens, a prædicato illius quæ in Maiori ponitur, discrepat. Constat autem omnium sanorum iudicio, prædicatum in oratione id dicit,

140. CAVSÆ CVRLOCUTIONES QVÆ

id dici, quod de alio prædicatur. Insuper, IN ABSTRACTO, ipsemet declarat, hoc est, humanæ naturæ PER SE consideratæ. Ut non sit hic integrum alias glossas comminisci. Porrò hæ uoces SIC & ITA in utraq; oratione modum definiunt, atq; ostendunt, de Reali communicatione hic dici.

VII. Sequitur igitur irrefragabiliter, primum eandem prorsus hanc propositionem, cum illa superiori, Id quod nemo hominum inficiari audebit, nisi qui contra manifestam ueritatem ex proposito uoleat contendere, aut hominibus sanis oculos atq; mentem auferre.

Deinde sequitur & illud irrefragabiliter, & hanc locutionem pariter esse scandalosam, falsam, damnandam, ut illam.

VI.

Nemo re-  
stè sentien-  
tium ac do-  
centiū hæc  
duina idio-  
mata hu-  
manæ natu-  
ræ asscri-  
bere ausus  
fuit. Aut  
proferat  
exemplum  
Heshu.

Quia omnes orthodoxi cùm locutionem damnant.

Ergo non est sana forma docendi, hoc est, non est consentanea sacræ literis, neq; locutionibus in Ecclesia Dei, imo ab Ecclesia Christi damnata est. Id quod maximi momenti est. Nam Lutherus eam clarissimis verbis damnat, sic inquiens in §3. cap. Esai. Anno 1544. Recte dicitur: Naturam humanam adorari, NON IN ABSTRACTO, sed IN CONCRETO

TO, quia est una persona, ut non possis adorare Deum,  
quin adores hominem: Ibidem: Constituisti eum super  
omnia opera manuum tuarum, Also sol es auch heissen  
secundm naturam humanam. Sed tantum secundum con-  
cretionem, ut etiam Angeli adorent, flectant genua illi filio  
uirginis fugenti ubera, & dicant, Tu es creator &  
Dominus.

I. Tomo. Isleb. fol. 206: Wenn wir sagen Christus der Mensch ist Schepffer Himmel vnd der Erden/ an den man gleuben vnd vertrawen / oder den man anbeten sol / so reden wirs nicht von dem blosen vnd abgesonderten Menschen / VON ABS-  
SER / VND ON GODE / Sondern reden von dem Menschen oder von der Person/ die zu-  
gleich Gott vnd Mensch ist / in einer person vngesondert vnd vnzertrennet/nemlich/Deo incarna-  
to, von dem ich nicht IN ABSTRACTO, oder absolute, wie es die Alten genennet/Sondern in Con-  
creto, also sagen mus: Christus Gottes vnd Ma-  
rien Son / ist Schepffer Himmel vnd der Erden/  
Den man ehren vnd anbeten sol.

Ergo haec locutio in Assertione est perse falsa &  
damnata, calculis nimirum summorum in Ecclesia Do-  
ctorum damnata, Id quod Lutherus & alij præstantes  
Theologi nos docent.

Quia

142. CAVSÆ CVRLOCVTIONES QVÆ  
VII.

Quia quæcunq; à diuina natura filij Dei, humanae  
Communi naturæ sibi personaliter unitæ, sunt communicata, ea in  
ratio fit in CONCRETO & non IN ABSTRACTO sunt  
CRETO. communicata, & in Concreto, hoc est, in persona, NON  
IN ABSTRACTO habet. Ratio, quia essentia-  
les filij Dei proprietates non sunt factæ, nec sunt un-  
quam essentiales proprietates humanae naturæ, in unionem  
personæ assumptæ.

Ergo per se illa locutio, quæ affirmat naturam Christi  
humanam, non solum in CONCRETO, verum etiam in ABSTRACTO habere diuinam uirtutem  
seu omnipotentiam, est scandalosa, falsa, damnanda.

VIII.

Phrasis no-  
uitas meri-  
tò ac iure suspecta.  
Aliena & peregrina doctrina in Ecclesia Christi  
per se est scandalosa, falsa, damnanda. Iohann: 10.

Sed hæc doctrina: Humana Christi natura, in  
Abstracto est omnipotens, cui superior locutio concor-  
dat, est aliena & peregrina, teste etiam D. Hesbusio.

Ergo per se est scandalosa, falsa, damnata.

IX.

Est & hoc per se falso, quod in ea locutione asser-  
atur: Humanae Christi naturæ, non solum IN  
CON-

CONCRETO, uerum etiam IN ABSTRACTO tribui diuinam uirtutem, gloriam, maiestatem, proprietates, Quia omnes Orthodoxi contrariū pronunciant, TANTVM scilicet in Concreto, & NON IN ABSTRACTO. Et continet ea locutio Assertionis, confusionem et exequationem naturarū in Christo. Confusio Si enim non solum in Concreto, id est, in persona, natura & exæqua Christi humana habet omnipotentiam, sed etiam in Abstracto, hoc est, per se considerata (ut in Assertione exponitur) tum natura humana habet diuinam uirtutem, ut naturalem proprietatem, pariter ut diuina filij Dei natura. Fundatum ex Corpore doctrinæ Prutenico su-  
præ est expositum, quia: Wo man vonder Person res-  
det / vnd doch darinnen V N T E R S C H I E D A  
L I C H einer Natur gedenkt / sol derselben I R E  
(Nota Tre) NATVR L I C H E eigenschaft gege-  
hen werden.

## X.

Quia ex publica experientia in Ecclesia Dei hoc temnendi constat, pios & doctos uiros, eosq; non paucos, & qui= in multis diversis in locis, ea locutione in Assertione scandalisatos, & quidem ideo scandalisatos esse, quia illa ipsa Ecclesijs uerba in Assertione posita, per se sunt falsa, scandalosa, hac locutio Plurimi mi-  
nimè con-  
ceperiori-  
bus quoq;  
Ecclesijs  
grauiter  
offendit, damnanda, si.

damnanda; idq; propter rationes hactenus expositas. Est igitur scandalum datum, quod ex uerbis in Assertione natum est, & non scandalum acceptum. Offensi autem sunt hac locutione Assertionis, multi docti & boni in Prussia: multi docti & boni in Polonia: multi docti & boni in Marchia: multi docti & boni in Saxonia: multi docti & boni in Thuringia, & alijs plurimis in locis.

## EFFUGIORVM DISCUSSION.

Caro humana lapsa in peccata, pro sua ueteri prauitate, quam ex lapsis primis parentibus traxit, subinde querit excusationes, palliationes, colores, σοφά φέρμακα κρισθύεται. Ut summatim dicam, folia ficalnea, quae tamen totam nuditatem operiere nequeunt. Diligenter itaq; attendendum est, ne istae nebulae ueritatem obscurent, aut oculos hominum fascino aliquo stupidos efficiant. Hanc admonitionem necessariam esse, omnes pij nouerunt.

Primum. Effugium est: Verba in Concreto & in Abstracto, non pertinent in ipsam propositionem, sed extra eam uolo ea collocari.

Responden.

Respondeo. Est fallacia compositionis et diuisionis. Autō ipse  
 Ergo hæc locutio est scandalosa, falsa & damnanda. Ra= uerba in  
 tio est, quia hæc uerba hoc in loco in ipsa propositione in= Abstractio  
 ueniuntur. Id quod oculi omnium sanorum uident, Ut ha= & in Con-  
 ctenus est demonstratum. Alia igitur est illa postulatio, positioni  
 quo debeat reponi, Aliud est factum. Cumq; factum  
 hic sit uiciosum, ideo non patet effugii. Imo euidentissime  
 hoc effugium obstruit ipsem Author, Quia fol. 96. sic  
 interpretatur hunc terminum. IN ABSTRA= creto pro-  
 GTO, inquit, hoc est, humana natura P E R S E consi= positioni  
 derata. Hoc uero in ipsam propositionem refertur & po= illeuet.  
 nitur.

Secundum. Effugium. Alias isti termini extra  
 propositiones collocantur in hac Assertione.

Respondeo. Est fallacia compositionis & diuisionis. Alicubi  
 De illis locutionibus, ubi isti termini extra propositiones collocantur, non est controuersia, modo sane intel= terminos  
 ligantur. Sed quia hic insertæ sunt propositionibus, ideo nes collo= controuersos extra  
 propositiones ipsas uitiant, & scandalosas atq; falsas effi= propositio-  
 ciunt. Argumentatio nullius est ualoris. Alias recte  
 locutus sum. Ergo & hic. Nam Maior non subsistit,  
 nempe: Qui semel uel aliquoties recte locutus est, is G. Maior.  
 semper & ubiq; recte loquitur. Equidem D. Maior

K

hoc

146. EFFUGIORVM QVORUNDAM

hoc effugio non poterat coram Ecclesia Dei subsistere.  
Præterea attende & cogita diligenter, si interpretatio  
& declaratio Authoris semper & ubiq; in hoc scripto  
locum habere debet, IN ABSTRACTO, hoc  
est, Humana natura P E S S E considerata: tum au-  
thori iuxta hanc quidem suam ipsius explicationem,  
illæ locutiones IN ABSTRACTO dicitur:  
Humanitas Christi est omnipotens: eam habebunt sen-  
tentiam: Humanitas Christi P E R S E considerata,  
est omnipotens. **Woda hinaus? Was wil da wer-**  
**den.**

3. Tertium effugium. Sunt tantum formæ loquendi,  
seu phrases, indicantes qualesnam sint propositiones Ab-  
stractiuæ uel Concretiuæ. Et num recte uel non recte  
per uocabula Abstractiuæ, uel Concretiuæ aliquid pro-  
missoetur.

Respondeo. Est fallacia compositionis & diuisio-  
nis. Nam extra propositiones collocati isti termini, eam  
habent rationem, si tamen commode accipiantur. Sed  
propositioni ipsi inserti, modum seu rationem indicant,  
quonodo alterutra natura aliquid habeat, aut ei tribua-  
tur, utrum uidelicet, habeat in persona, aut uere per se aut  
scorsim, aut naturalem proprietatem. Hæc sunt mania-  
festa,

festa, ideo non sunt confundenda. Aliud igitur est IN ABSTRACTO, seu per uocabula Abstracta dici, quia id extra propositionem effertur: Et aliunde in eo esse, Abstracto esse, habere, in Abstracto alterutri naturae attribui. Ino autor Assertionis ipse met hoc effugium diluit, quia apertis uerbis inquit, in Abstracto, hoc est, per appellationem, que ipsam humanam naturam PER SE (Nota, Per se) consideratam significat. Ergo ipsimet authori non significat nudum uocabulum, sed naturam humanam PER SE consideratam. Insuper author manifeste loquitur de REALI communicatione in hoc loco. Non igitur in hac phraſi potest ad nudum nomen sive in uido recurrere aut transilire.

Quartum effugium. Propositio est, an recte dicatur: 4.  
Humana Christi natura est omnipotens.

Respondeo. Non queritur hic principaliter, quem Non est sibi scopū author praefixerit, sed quid in hac contiouerſia reprobendatur, nempe, illa locutio que est annotata. Deinde illa ipsa uerba conueniunt cum uerbo in tertia parte Assertionis fol. 96. a. & b. Tertio non ratione scopis seu propositionis, sed ratione scandalositatis & falsitatis arguitur. Quarto attendat lector pius & amans ueritatis, IN ABSTRACTO inquit

243. EEEVGIORVM QVORVNDA M

author, hoc est: Humanæ naturæ P E R S E consideratæ, uirtus diuina, id est, omnipotentia tribuenda est, fol. 66. In ipsa principali huius partis propositione.

Ergo non est simplex eius propositio: Humanitas Christi est omnipotens. Sed ista: Humanitas Christi per se considerata est omnipotens.

5. Quintum effugium. Non fuit mens authoris, falsum dogma stabilire.

Respondeo. Non de mente authoris, sed de facto est admonitio. Hæc locutio est scandalosa, falsa, iuxta eidemtissimas rationes supra euumeratas, quæ cunq; tandem mens authoris fuerit, de qua scrutator cordium & rerum iudicare potest. Notum præterea est, omnibus hallucinariis in promptu esse, non fuisse eam suam mentem, ut errorem proferret, sic Illyricus, sic Osiander prætendebat. Sed factum extat & merito arguitur. Imo, ut adhuc magis perspicue hoc effugium refutetur, mens authoris est in propositione expressa. Sed hic lapsus in ipsa propositione huius tertiae partis in Assertione est commissus, non semel, sed aliquoties.

Non imminuuntur molestiæ & labores, sed plures at= trahuntur, quemadmodum Cæcias flante nubes attrahi dicuntur. Bona conscientia non consistit in picturis falsarum locutionum, sed in earum agnitione, & ingenua expressa & correctione. Ecclesia uero gaudet in agnitione & ingenua correctione scandalosarum & falsarum orationum: Sed moeret, gemit, dolet, quando ex pro Ecclesia & ueritatibus ostentantur & ornantur. Honorificum dicitur in erit coram iudice Christo Iesu, carnis humanae imbecil= genua, per litates & lapsus in hac uita deplorasse, & sine omni ful= spicua & recta con- eo correxisse. Sed supra modum erit probrosum coram fessione. illo tam frequenti iudice a plurimis pijs accusari, quod propter Ecclesiæ, aliâs multis modis in hac uita affli= ctæ & turbatae tranquillitatem & ædificationem, tan= tum suæ autoritatis fame & honoris gratia aliquis scandalosæ & falsas sententias agnoscere & corrigere detrectârit, imò undiq; conquisitis excusationibus & coloribus, additis insuper malis uerbis, conatus sit tue= ri, atq; ad posteritatem transmittere.

Præclare inquit Syracides Cap. 5: Ne contra= dicas ueritati ullo modo, sed confundi te patiaris, sic ubi in causa errasti. Non pudeat te confiteri peccata tua,

M 5

nec

186. RATIONES CVR QUÆDAM

nec nitaris contra impetum fluuij. Et Salomon inquit in Eccles: 5. cap: Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam: neque dic as coram angelo, quod ignorantia sit, nec forte iratus Deus contra sermones tuos; dissipet cuncta opera manuum tuarum.

Dominus noster Iesus Christus efficit per Spiritum sanctum, ut scandalosis locutionibus sublatis, salutaris Ecclesie concordia reflorescat, & scandala cessent,  
Amen, Amen.

SYLLOGISMVS SVMMAM  
REI CONTINENS.

Humana Christi natura, IN ABSTRACTO est omnipotens, uiuifica, adoranda, IMPIA & BLASPHEMIA propositio est.

Sed Heschius in Assertione inquit: Humanitas Christi, IN ABSTRACTO tribuitur omnis potestas. Humanitati Christi IN ABSTRACTO, hoc est, IPSI Humanæ Naturæ PER SE consideratæ, adscribi, tribui potest & debet, uere & iuxta Apostolicam doctrinam, maiestas, gloria, proprietates, id est, omnipotentia, uiuificatio, adoratio. Item: IN ABSTRACTO, humana Christi natura (caro Christi) est adoranda.

Ergo

Ergo hæ propositiones Heshusij sunt impiaæ & blasphemæ.

Maiorem concedunt omnes boni, & Heshusius ipse tandem concessit,

Minorem uident ob oculos omnes boni. Eadem enim subiecta & prædicata, quæ in Maioris propositione existant, & hic conspiciuntur. Nec iuuat clusio, aut misera textus conuulsio, contorsio, distractio, glossatio. Sed Heshusius & Cothurnifices quidam, hactenus quidem noluerunt hoc uidere, & sonant ad alios quoq; illud uetus: **NOLITE** uidere.

Conclusionem quoq; uident omnes boni & recti corde. Heshusius & Incrastatores scandalosarum & falsarum locutionum & doctrinarum, hactenus quidem eam uidere noluerunt. Iam si cæcus cæcum ducit, utriq; in foueam incident. Præstat igitur in luce diuina simpliciter ambulare, quam in tenebris humanis oberrare, dare Deo gloriam, quam hominibus,

**A M E N,**

fiat.

**LECTIO-**

# LECTORI S,

POrtendit proculdubio aliquid, quòd Palliatores scandalosi & falsi dogmatis, de quo in præsentia differitur, scripta sua non solum tragicis atq; horribilibus inuectiuis & conuicijs replent, Sed etiam ea singulari scilicet virtute & candore, priùs in misere turbatam Ecclesiam missitant, quām ad eos, ad quos directa sunt. Tale scriptum & nunc hoc in loco circumportatur, & applausum captat, varieq; homines sollicitat.

Rogatus itaq; sum a bonis viris, quia plurimi turbantur ac tententur, ut breui commonefactione, quid ponderis tam diri et maledici clamores haberent, ostenderem & ouiculas Christi præmonerem, Idq; pro officio pij & fidelis Episcopi. Cum itaq; publicè volitet illud scriptum, voluntate ilius,

lius, qui in vulgus dispergi voluit, non potuit  
ego singulos monere ac docere aliter, nisi ut  
prælis aliquot exemplaria describerentur.

Nomini autem adhuc parco, quia exi-  
stimo temerario eius consilio Scriptum in  
perturbatam Ecclesiam esse disseminatum,  
veluti lolium inter triticum. Et benè spero,  
eum conspectis hisce monitionibus, frena  
malis affectibus adhibiturum, atq; in vero  
Dei timore veritatem perspicue monstra-  
tæ, assensurum esse.

Quod si autem hæc pia spes me fefel-  
lerit, & ille perrexerit falsæ doctrinæ pa-  
trocinium præstare, indeq; suo Nomini ce-  
lebritatem quærere: Age fiat voluntas  
Domini. Non enim defuturos spero, qui, li-  
cet in humanissimis maledictis deformen-  
tur, veritati diuinæ sint certa testimonia da-  
turi

196.

FVMOSORVM QVORVN DAM  
tum. Quod igitur Ecclesiæ Dei hac in par-  
te iam seruo, Deo & bonis mentibus non  
improbari, certò mihi persuasum habeo.  
Obcæcatos autem, & contumeliosè furio-  
sos, ipsius Dei iudicio permittu. Bene vale.

Iohannes Wigandus  
Episcopus Ponieza-  
nienfis.

A D  
**FVMOSA ARGV-  
MENTA, IN CONTRO-  
VERSIA HESHVSIANA.  
RESPONSIO.**

Quid diffe-  
rat inter  
diras illas  
inuenientias  
& placidas  
collationes

In Nomine Christi crucifixi.  
Differunt omnino Inuictiuæ petulantes, & Colla-  
tiones de Controversijs Ecclesiæ grauißimis soli-  
lidae ac necessarie. Inuictiuæ enim hoc habent proprij, ut  
hoc

ARGVMENTORVM VENTILATIO. 191.

hoc ipsum, quod in Controuersia hæret, occultent, uel transiliant, uel mirabilibus fucis pingant, & simul quantum possunt maledictiorum in personas effundant. Collationes uero, planè ac dilucide rem ipsam ob oculos ponunt, monstratis fundamentis firmis ex sacra scriptura, ac refutatis spectris humanae rationis.

Inuictiuæ autem atroces & uehementes in Controuersia Heshusiana, relinquendæ sunt Autori certaminis, & ipsius Asseclis, quia male causæ propria sunt maledicta. Nos uero hacenys tantum Apologias scripsimus, & eiusmodi fundamenta rerum, per Deigratiam opposuimus, que non sunt refutata. Idq; porro, Deo nos regente, faciemus, propter Deigloriam, & Ecclesiæ necessitatem. Nec nos illæ uirulentæ Inuictiuæ quorūcunq;, aut bruta fulmina absterrebunt, Deo protegente, Sed magis exuscitabunt, ut falsis dogmatibus ueritatem diuinam opponamus. Nugis igitur plerisq; nouæ illius Inuictiuæ, que iam circumvolitat, omisis, res controuersas, quas profert, iuxta Normam uerbi diuini, paululum uentilabimus, potestate nobis à Deo concessa, iuxta illud dictum: Omnia probate, quod bonum est tenete. I. Tocssa. §.

Palam

192. FAMOSORVM QVORUNDAM

Palam autem est, Controversiam esse de hisce sententijs & dogmatibus, in Assertione Heshusij, & non de alijs.

Loca in Assertione de quibus hactenus disceptatiū. In Assertione Heshusij fol. 96. De communicatione Maiestatis nobis nunc diffundendum est, ac uidendum, num &oy& SIC quasdam proprietates communicauerit suae humanitati, & uirtutem suam in carnem transfuderit, ut ea NON SOLVM in Concreto, SED ETIM IN ABSTRACTO, hoc est, per appellationem, quae ipsam naturam humanam PER SE consideratam significat, humanitati Christi, VERE & iuxta Apostolicam doctrinam adscribi possit.

Fol. 96.b.

In questionem uenit: An Filius Dei &oy& diuitatis suae uirtutem, gloriam, Maiestatem, proprietates, ITA communicabit humanæ suæ carni, à se in persona unitatem assumptæ, & reuera in eam transfuderit, ut NON SOLVM in Concreto, uerum etiam IN ABSTRACTO, ipsi humanitati unitate &oy&, recte & secundum Scripturam tribui & possint & debent.

Fol.

ARGVMENTORVM VENTILATIO 193.

Fol. 98. b.

Naturæ in Iesu Christo nullo modo sunt confundendæ. Necessario autem sequeretur naturarum confusio, si humanitati Christi in Abstracto, tribueretur omnis potestas, &c. Nota: Hanc propositionem significat iniuste reprehendi.

Fol. 102.

Ambrosius quoq; grauis author, non dubitauit IN ABSTRACTO humanitati Christi omnipotenti am tribuere.

Fol. 102. b.

Pia antiquitas non dubitauit IN ABSTRACTO, hanc Majestatem uiuificandi tribuere carni Christi.

Fol. 104.

Non tantum in Concreto loquuntur Augustinus & Cyrillus, hominem Christum esse adorandum, SED IN ABSTRACTO carnem, & quidem perfectam Christi humanitatem unitam & adorandam esse.

Fol. 105.

Adeo pia antiquitas non dubitauit fateri, IN ABSTRACTO carnem Christi adorandam esse.

N

De

De hisce dictis & doctrinis in praesentia est con-  
troversia, non de alijs. Repudianda igitur est illa fasci-  
natio, de alijs scopis, aut statibus. Nam hoc unice studet  
præstigiatores omnes, ut simpliciores aut in cautores,  
ad alias sententias, ad alias doctrinas, ad alia uerba dedu-  
cant, ut ita per transuersum abreptos, postea suis Syr-  
tibus ac uorticibus absorbeant. Non igitur patiantur  
se piae mentes ab hisce dictis ac doctrinis, & quidem  
ab ipso raptis abduci. Et semper ad ista uerba, que  
ex Assertione adscriptissimus, oculos & mentem referant.

Iam igitur uidendum & expendendum est, Deo  
prælucente, qualia rerum pondera in medium patronus  
ille scandalorum & falsarum dogmatum adducat. Nam  
in ijs non audies Verbum Dei, ut quidem in dogmatibus  
fidei necessarium erat, Sed tantum somnia capitis humani.  
Ea uero in conspectum prodeant.

## I.

Qui docet, licitum esse, non tantum per Concreta,  
sed etiam per Abstracta uocabula dicere: Christus est  
Sup. 45. omnipotens: Humana Christi natura est omnipotens, is  
recte docet.

Heshusius sic docet.

Ergo Heshusius recte docet.

Respondeo. Minor est fallax. Nam non de-

ARGUMENTORVM VENTILATIO. 195.

terminat, An Hesbusius *VBIQVE* sic doceat.  
An uero *INTERDV*M sic doceat. Sed  
*VBIQVE* eum sic docere, est contra manifestum  
textum. Nam fol. 96. a. & b. 102. 104. 105. in uerbis  
ibi consignatis, non sic docet, & de his duntaxat locis  
controuersia est. *INTERDV*M uero eum re= 10. 105.  
ele docere, liquet, deq[ue] ijs locis nulla est hic controuersia.  
Præstigie igitur huius Argumenti patent. Non est in= 10. 105.  
quam Controuersia de hac re, an per *Abstracta* & *Con=*  
*creta* uocabula quædam recte pronuncietur. Sed quod in  
ipso dogmate, & in ipsa propositione (ut quidem hic pa= 10. 105.  
tronus scandalosi dogma tister id ipsum euidentia rei, &  
propria conscientia euictus, ipse met fatetur & concedit)  
ista uerba: *IN ABSTRACTO*, & quidem cum  
declaratione, quid sibi Autor uelit, ut postea ostendetur,  
posita sint.

Est igitur fallacia plurium propositionum, & impo= 10. 105.  
stura vulgaris, bonines nimirum à textu qui iuste repre= 10. 105.  
henditur, deducere ad alios textus, ex ea Controuersiam  
positos.

Rem itaq[ue] mirandam specta, Christiane lector. In  
prima acie non deprehendis Verbum Dei, & quidem  
Controuersia de articulo fidei. An non igitur tibi uidetur

N.

N

bella

196.

FVMOSORVM QVORVNDAM  
bella defensio? Sic scilicet decet eos in primo limine  
impingere, qui suam operam defensioni qualicunq; falso-  
rum dogmatum locârunt.

II.

Sup. 91.

Quicunq; VVL Thæreticorum dogma refuta-  
re, is rectè docet.

Sed Heshusius VOLVIT Sacramentariorum  
hæresin refutare, afferentium: Humanam Christi natu-  
ram non esse omnipotentem, uiuificam, adorandam.

Ergo Heshusius rectè docuit.

Respondeo. Maior fallax est. Nam in ipsa refuta-  
tione potest aliquis exorbitare, & non rectè loqui.  
Sic D. Maior vociferabatur, se serrefutare eos, qui ne-  
G. Maior. garent, opera esse necessaria, & freна laxarent, morum  
licentiæ. Et is tamen recte est reprehensus, non quod  
banc propositionem: Bona opera sunt necessaria: adstru-  
xerit, Sed quod falsum dogma posuerit: Bona opera  
sunt ad salutem necessaria.

Ad Minorem. Quod VOLVERIT Hes-  
husius refutare Sacramentarios, id non culpatur. Et ubi  
recte eos refutauit, non improbat. Sed ubi falsam do-  
ctrinam posuit, id uero uituperatur. Et Regula nota  
Sup. 152. est: Non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Nondum

igitur

ARGVMENTORVM VENTILATIO. 197.

igitur uides, Verbum Dei ab isto defensore falsi dogma-  
tis produci. An autem hoc est solide ac uere ambigen-  
tes erudire, ac conscientias firmare?

III.

Qui ALICVBI recte loquitur, is etiam ibi  
recte loquitur, ubi redarguitur.

Heshusius in ALIQVOT locis sue Af-  
fertionis recte loquitur,

Ergo VBIQVE in ea recte loquitur, etiam in  
locis in quibus reprehenditur.

Respondeo. Maior est phantastica. Et sic in Ma-  
iorismo, præstigiatores ante paucos annos ludebant. D.

Maiorem dicebant, alias recte loqui. Ergo & in istis lo-  
cisis in quibus reprehenditur. Merito autem sunt istæ præ-  
stigia explosæ. Nullus enim hæreticus unquam fuit, qut-  
non alicubi recte sit locutus. Imo Christus monet, pseu-  
doprophetas teatos esse pelle ouilla, hoc est, speciosè præ-  
tendere Verbum Dei, & præ se ferre quandam uitæ  
sanctionem.

Ad Minorem: Vbi recte Heshusius loquitur,  
ibi non reprehenditur, Sed tantum, ubi à trahit uerita-  
tatis deflectit, arguitur. Quia ueritas est Dei, quan-  
non fas est deserere.

N 5

Quia

Sup. 120.  
145.154

Math. 7.

## III.

*Qui Communicationem Maiestatis tradit, is recte docet.*

*Sed Heshusius titulum ponit, de Communicatione Maiestatis.*

*Ergo Heshusius recte docet.*

*Respondeo. Maior est fallax, Nam & potest Communicationem Maiestatis tradere, & tamen alicubi impingere.*

*Minor phantastica est. A titulo nimirum, ad rectam scriptiōnem. Sacramentarij titulos libris suis præfigunt: De uera præsentia Cœnae Dominicæ, & tamensuos errores infarciunt. Sic hic titulus Heshusij, non potest scandalosum & falso dogma ipsius probare quod inferuit. Non autem est parua turpitudo, sic nugari a titulo, ad libri totius ueritatem.*

## V.

*Quicunque docet, Omnipotentiam, uiuificationem adorationem, in illa unione hypostatica duarum naturarum in Christo, uere ac realiter humanæ naturæ in Christo esse communicata, recte docet.*

*Heshusius hoc docet.*

*Ergo recte docet.*

*Respon-*

ARGVMENTORVM VENTILATIO. 199.

Respondeo. Extra oleas currere in Controuersijs Religionis, & arte querere colores, ad fascinandos homines, non datur laudi. In ijs sententijs, ubi hoc docet Heshusius, a nobis quidem non reprehenditur. Sed tantum in ijs, ubi a ueritate exorbitat, & scandalosum ac falsum dogma ponit, quod supra, ipsius autoris uerbis annotatum est. Saltationes igitur istae prodigiose supra sepes, arbores & montes nihil subleuant, nihil confirmant nihil ornant falsum illud dogma. Nihil autem hactenus audiuisti Lector ex uerbo Dei produci, quo ista noua dogmata fuissent confirmata. Nec deinceps audies, Id quo d memori mente reponendum est.

VI.

Quicunqz docet ac protestatur, se se nullam Physicam Naturarum in Christo diuulsionem imaginari aut ponere, is recte docet.

Sed Heshusius semper dicit de humanitate unita  
doy<sup>z</sup>

Ergo Heshusius non male docet.

Respondeo. Maior ex fallax, quia non est Uniuersalis. Nam potest protestari aliquis præstigiator, & interdum recte loqui: Et tamen sua scandalosa & falsa dogmata inserere ac substituere, Idqz experientia omnium seculorum docet.

N 4

Ad

*Ad Minorem. Quod Heshusius addit: Unitas nō yō, id non reprehenditur. Imo non existit ulla Christi humanitas extra illam hypostaticam unionem, idq; sine omni confusione & exequatione. Sed hoc uiciosum & falsum est, quod in ista propositione inseritur: IN ABSTRACTO, ut omnes sani oculi, non uidentes per uitrum cœruleum, conspicunt in ipsis uerbis supra adscriptis.*

*Nec possunt illa uerba Heshusij obliterari: Humanæ naturæ (Christi) P E R S E consideratæ, uirtus diuina, maiestas, &c. adscribi possunt, &c. Hæc autem in Tractatu de Causis ad oculum Deo dante, demonstrata sunt.*

*Frustra igitur se defatigant, præstigias lectoribus ualde laboriose offendere conantes, alias scilicet Heshusium recte locutum esse. Nam hoc omnibus hæreticis familiare, interdum uidelicet recte loqui, & suos errores nihilominus pulchris declamationibus inuoluere atq; obtrudere.*

*Est insuper in hoc Argumento & ista fallacia, ad incrivationem scandalosi & falsi dogmati non incommoda, quod scite hoc ipsum, quod in Controuersia potissimum hæret, sicco pede transilitur, & quasi sepelitur, ac cumulatis*

ARGUMENTATIO VENTILATIO. 201.

cumulatis alijs, ne possit cerni, nempe, quod in medium propositionem Heshusius hæc uoces: IN ABSTRACTO posuit, & declareret hæc uerba sic: Hoc est, per appellationem, qua IPSAM naturam humanam PER SE consideratam significat. Ad ista intendant animum, qui Deum timent, & præstigias errorum auersantur. Quid autem postea hic patronus falsi dogmatis fateatur, suo loco dicendum erit.

VII.

Quæ Synodus Prutenica approbauit, ea sunt uera.

Synodus Prutenica ait, recte Sacramentarios refutari, qui negent: Humanitatem Christi esse omnipotentem. Item: Recte per Concreta & Abstracta uocabula quædam proferri. Idem & Heshusius afferit.

Ergo Heshusius recte docet.

Respondeo, in Minori fallacia attexitur Synodi Decreto. Nam quæ Heshusius recte docet, nunquam improbauit Synodus. Sed illa tantum quæ supra, de uerbo ad uerbum sunt annotata, non recte docuit, quia sunt contra uerbum Dei, contra scripta Lutheri, & contra Corpus Prutenicum. In iis igitur Synodus illa (cui tamens iste scandalosorum & falsorum dogmatum patronus, non potest non ueritatis testimontum præbere) Hes-

N s

husium

busium reprehendit. Est itaq; fallacia nulla laude digna, Ea, quæ non sunt probata in Synodo, & quidem ex graibus & solidis fundamentis, artificiose miscere eis, quæ sunt comprobata, quasi & illa falsa simul comprobata essent. Nolo autem ista exaggerare in præsentia. Sed siet hoc aliquando urgente necessitate.

De fucosis porro conciliationibus, recte dictum est: Fucosis Conciliationibus dissidia Ecclesiæ tolli non posse. Idem uero nos Corpus doctrinæ Prutenicum docet ac monet. Fundamentum eius rei est: Quia Nulla est conciliatio Christi & Belial.

## VII.

*Vbi est consensus in rebus, ibi nihil est falsi dogmatis.*

Sed inter Heshusium & uos, est consensus in rebus, ut epistolæ & scripta ostendunt.

Ergo in sententia est congruentia, & frustra disceptatur.

Respondeo ad Maiorem. Potest tamen aliquis scandalose & false loqui, licet præferat, in rebus se se consentire. Exempli gratia Petrus Artopoeus Vitebergæ testabatur, se in rebus cum ea Ecclesia congruerre. Et tamen apud alios fatebatur, se Osiandri dogma, de

Essentiali

*Artopeus  
Osiandri  
sta.*

ARG  
Essentiali  
bare non pos  
merit.  
In Mi  
quando falso  
sunt aures,  
Epistola  
Assertion  
ponit specie  
Humanitat  
re Pasfore  
Humanitat  
Hactenus  
te adieclu  
troniesca  
tur. Nam  
esse confe  
cent & son  
lizer. Sed  
dogma posu  
tum corrig  
Pre  
effemus (i  
tum postea

*Essentiali iustitia, qua coram Deo iustificemur, improbare non posse. Opus igitur habet Maior elucidatione uberiori.*

*In Minoris est fallacia, s̄e p̄ius quidem refutata. Sed quando falsis dogmatibus nebulosa corona imponitur, defunt aures, aut multō magis uoluntas ad audiendum.*

*Epistola illa, nequaquam dicit, in locis annotatis in Epistola Assertione Heshusij, esse consensum de rebus. Sed Wigandi ponit speciem, nempe, in propositionibus istis certis: *Vt priuata ad Hesh.* Humanitatem Christi esse omnipotentem, non impugnare Pastores. Item, Heshusium uideri reiūcere & hanc: Humanitas Christi in Abstracto est omnipotens. Hactenus igitur, consensum in doctrina esse. Sed disceptatio adiectum est. Verū nunc in facto h̄erere con- est in facto trouersiam. Idem Pastores profitentur, ac protestantur. Nam nunquam Pastores dixerunt, in annotatis locis esse consensum, aut se probare ea dogmata, prout uerba illas scanda- & fal- cent & sonant in Assertione. Nam h̄ec erat Minor, sci- licet: Sed Heshusius, illud ipsum falso et scandalosum dogma posuit. Ergo rogabatur ut agnosceret, & sic agnitiū corrigeret.*

*Præterea, priuata illa sunt scripta, dum in bona spe essemus (ut quidem solet initio Controuersiarum fieri) et a et scri- cum posse lucrificari. Lenius itaq; ad ipsum lucrificiendū, placq; sint,*

*Quare ini-*

*lio quadā*

*lenios di-*

*cta et scri-*

*cum possint,*

locuti sumus. At cum postea ineffabili peruicacia & uehementia, in modo & maledicentia, scandalosa & falsa illa dogmata pergeret defensare, usque in tertium annum, profecto clarius res ipsa proponenda, & hoc ipsum ut fieret, expetendum & explicandum fuit, nempe, An illa in Assertione posita, prout stant, iacent & sonant, sint Articuli fidei uel non? Ipsa ueritas diuina, uel non?

Wigandus itaque palam fatetur, se nunquam somniasse, nedum cogitasse, uerba in Assertione, ut supra sunt annotata, pro articulis fidei, aut ueris dogmatibus amplectenda aut habenda esse. Ac si quis præstigiator aut falsarius eorum uult detorquere uerba epistolæ contra manifestum textum (ut solet spiritus uertiginis errores pingens & fucos ac conciliationes obtrudens, facere) clare & quidem coram Deo & hominibus protestatur, sibi fieri iniuriam. Imo si boni uiri, serio Deum Iudicem reuerentes, aliquid in ea epistola desiderant, quod sit contra ueritatem, testatur Wigandus, se se potius eam priuatam epistolam damnare, quam quod falsum dogma, contra Dei ueritatem stabilire, aut errantes confirmare uelit.

Est & hoc adiiciendum. Hesbusius ipse hanc epistolam, sua atroci iniuria reiecit, exposuit, repudiauit, nec obsecutus est bene monitus. Non potest igitur Hesbusij

Heshusij scandalosum & falsum dogma, ex hac priuata epistola statui, quæ quidem initio certaminis scripta est, priusquam pertinacia & maledicentia Heshusij omnino liqueret. Nam progressus in Controuersijs solet hominem pectora patefacere, an uelint pertinaciter in falsis dogmatibus perseverare, uel non?

Expendant itaq; uerè pijs & in hoc Argumento, quod fallacie & præstigie falsorum dogmatum, non querantur ex uerbo Dei, quia ex eo non possunt haberi: Sed undecunq; anxiæ comportentur, quæ tamen nullum dogma fidei stabilire queunt.

## IX.

Qui non intelligunt doctrinam, non debent scandalosum & falsum dogma reprehendere.

Sed uos N O N intellexistis hanc doctrinam de communicatione idiomatum.

Ergo uos non recte fecistis, falsum dogma reprehendentes.

Respondeo ad Minorem. Bona uerba quæso. Non autem audemus hic paulò grauius respondere, id quod tamen posse fieri potest, postulante necessitate. Hoc saltem dicimus: Scripta nostra testatum facere, quantulum per Deigratiam intelligamus. Ex ijs itaq; Ecclesia

Dei

Dei faciet iudicium. Nec sumus tam perfecti, fatemur, nihil ut discere nobis sit necesse. Imo ultrò testamur, nos quotidie in parvo Catechismo aliquid discere, Id quod forte illi tam alti spiritus non necesse habent. Si quis igitur boni nos doceret, id sane non uellemus aspernari. Sed uide discendi cupidos, Scrutaturi tamen essemus in uerbo Dei, an hæc ita se haberent? Nam sumus ouiculae Christi, tantum ipsius uocem amplectentes & sequentes. Quis igitur sit doctior hic uel alibi, id nos in medio relinqui mus, nec de eo litigamus, ne stultitiam stultorum sequamur. Gloriationes enim Thrasonicas non magnificimus.

xi

Quid autem? Si dignum tanto promissor biau non ferret? Si scandalosa & falsa dogmata cristatus aliquis, prodigosan sapientiam, intelligentiam, eruditio nem præ alijs omnibus præ se ferens, apportaret? Num satis foret ista infesta uox: Vos non intelligitis. Estis rudes, Sic sic de indocti asini. Ego, Ego sapio, intelligo, teneo. Me auerter superci dite? Equidein sic Osiander bonum Morlinum, Veneliose & contumeli osè flagellare pios monitores INTELIGERENT doctrinam, essent inlare rudes. Questio igitur est magna, utrum Morlinus & alij debuerint Osiandri falsa dogmata redarguere?

Responde

Responde secundum istos, Quod non: Ratio est, quia uos estis indocti, non intelligentes doctrinam. Et sic etiam Osiander uicerit, non tantum secundum Osiandri ipsius hiatum, sed etiam secundum quosdam egregios Conciliatores & fucatores Osiandrinæ & Mörlinianæ, id est, Baaliticæ & Christi doctrinæ. Sed quid dicit uerbum Dei? Siste gradū et tace, alias maledictis quam turpisimè deformaberis. Ipsi enim solum uolunt ē sublimi des tonare. Tu uero debes in antrum repere teq; occultare, uel adorare omnia, que in pinna templi ille tibi dictitat,

Matth. 4.

### X.

Qui sententiam habet rectam, is ubiq; etiam recte loquitur.

Sed Hesbusius habet sententiam rectam. Nam docet: Humanam naturam esse omnipotentem. Non docet, separatim, uel extra unionem hypostaticam, esse omnipotentem.

Ergo Hesbusius recte docet.

Respondeo. Maior est fallax. Imo potest aliquis Sup. 120. rectam habere sententiam, & tamen ex imprudentia, aut 145. 153 alia imbecillitate humana scandalosum & falsum dogma ponere.

Item,

Nihil prorsus refert quomodo quis sua de- claret aut intelligi ue- lit, sed etiā ex uerbis, prout iacent & sonant, sumenda est, & non aitq; etiam uidendum, quem sen- sum gig- nant sua uerba uel expressa uel impres- sa, & quo modo ipsa Dei fundamentis, ex doctrina Lutheri, & Corporis Ecclesiae in doctrinæ Prutenici demonstratur. Ista nux igitur frangit.

<sup>Sup. 162.</sup> Deinde Minor quoq; est fallax. Nam ubi recte loquitur Hesbusius, de eo non controvèrtitur. Quod autem scandalosum & falsum dogma ponat in locis supra citatis de uerbo ad uerbum, non ex consequentiolis, ut fuit iliter patronus iste erroris loquitur, sed ex solidis uerbi corporis Ecclesiae in doctrinæ Prutenici demonstratur. Ista nux igitur frangit.

Non igitur quid tu fingas aut ludas lectorem, hic uenit considerandum, sed quid Hesbusius posuerit? Quænam sint ipsius, non quæ tua sint uerba.

Hesbusius autem pronunciat: Filium Dei uirtutem diuinam, &c. Si C communicasse suæ humanitati, & in carnem suam transfusisse, ut ea non solum in Concreto, sed etiam IN ABSTRACTO, hoc est, per appellationem, quæ IPSA M humanam naturam PER SE consideratam significat humanitati Christi. VERA RE,

ARGUMENTORVM VENTILATIO. 209.

RE, & iuxta Apostolicam doctrinam adscribi possit,  
Or. Vide reliqua superius annotata. Hic uides, in Abstracto, in ipsa sententia seu dogmate poni, & non extra, ut & in cæteris locis citatis. Deinde uides non opus esse, ut autori affingatur sententia, ipse met enim diserte interpretatur uoces istas in Abstracto, hoc est, per Appellationem, quæ IPSAM <sup>Sup. 167.</sup> turam humanam PERSE consideratam significat.

Hæc transilit pictor falsi & scandalosi dogmatis, quia bene uidebat, ista stare aut defendi pie non posse. Itaque suis proprijs uerbis lectorem ludificatur, ac caliginem offundit, ne ista deprehendantur.

Cogitent uero pie mentes, quid Heshusij uerba ibi apportent, nempe:

Ipsi humanæ naturæ PERSE consideratae, uere & iuxta Apostolicam doctrinam, adscribi posse diuinæ uirtutes, hoc est, omnipotentiam, uiuisationem.

Proculdubio exclamat pictor errorum? Istud dogma consentaneum ueritati non esse. Recte. Sed hic aperi oculos, uerbaq; obserua, prout iacent & sonant, inuenies prædicatum & subiectum.

Quo igitur se se proripit pictor errorum? Audi. Ergo, inquit, consentitis in doctrina.

O

Respon-

**210.** FVM OS ORVM QVORVN DAM

Respondeo. Nulla est conciliatio Christi & Be-  
lial, & tamen iste incrustator falsorum dogmatum, nobis  
molitur & inuitis obtrudere scandalosum & falsum dog-  
ma, quod fundamentis solidis impugnamus. Sed nos ip-  
sum Belial cum suis præstigijs, duce Christo abominamur.  
Deinde didicimus ex Corpore nostræ doctrinæ, testi-  
monijs Orthodorum & experientia ipsa: Dissidia in  
Religione, non tolli fucosis conciliationibus. Dicimus  
itaq;: Non sapis ea, que sunt Dei, hac in parte. Vnde  
igitur post me. *qui dicitur in suis iuris etiachiu' anod nipp*  
*Vanitas quoq; spuma est, OMNES Germaniæ Theologos tecum sentire. Inferius autem dicis, mul-*  
tos, &c. Atqui non illas præstigias, ad simpliciores  
fascinando temere effusas, non credimus, quia habemus  
alia testimonia. Deinde prodeant sane nostræ Confessio-  
nes, ut Ecclesia in toto orbe uideat & sciat, quid repre-  
hendatur, ac detegantur nebulæ errorum, tum Deo dante  
er pericris, quam futiliter ista à te sint pronunciata. Non  
enim indicabit tota Ecclesia ex fucis declamatorijs, sed  
ex ueritate rei, Id quod certum scimus.

**XI.**

Qui recte sentit, & tamen non retinet hypotyposin  
sanorum uerborum, sed in proprias, periculosas, peregrina-  
nas

*Rcfo*

ARGUMENTORVM VENTILATIO. 211.

nas propositiones Οὐκερογίας ponit, is non debet falsi aut scandalosi dogmatis argui.

Heshusius in medias propositiones aliquando ponit locutiones: IN ABSTRACTO. Item, PROPOSITIONES, quas excerptis & notatis, non sunt ὑπερύθωσις sanorum uerborum, sed impropriæ, periculose, peregrinæ, Οὐκερογίαι. Hæc sunt tua ipsius uerba. Nota bene.

Ergo istæ Heshusij propositiones non debent pro scandaloso & falso dogmate accusari.

Respondeo. Maior est fallax. Quomodo enim quisq[ue] sentiat, non ex occultis cordium latebris tibi sumendum est, quia hoc soli Deo conuenit, sed ex sermone & scriptis. Nam sermo est character animi. Et Christus inquit: Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Matt. 12. Sup. 119. 148.

Et nouum dogma erit: Nullum, hypotysin sanorum uerborum non retinentem, scandalosi & falsi dogmatis redarguendum esse. Nam non raro nouæ locutiones noua dogmata pariunt, Imo noua dogmata, nouis locutionibus plerunque sese inserviant. Potest sane in hac infirmitate hominum facile accidere, ut aliquis incommodè, ino male loquatur. Qui igitur post commones factiones,

lapsum suum & errorem imprudenter positum, agnoscit,  
 & ut lapsus atq; errorem (si quis uerba ipsa tetineat) re-  
 iicit, fraterne recipiendus est. Sed qui post monitio-  
 nem, pertinaciter scandalosa & falsa dogmata defendit,  
 incrufat, pingit, maledictis quoq; altos corripuit, is pro-  
 fecto laudar inequit.

D. Maior recte solebat uideri sentire. Ei autem  
 G. Maior. per contentionem excidit propositio, in qua non retine-  
 bat formam sanorum uerborum. Cum igitur monitus,  
 Sup. 92. uellet amplius pingere & excusare, quasi obscure tan-  
 tum locutus esset, &c. Recte est de scandaloso & falso  
 dogmate accusatus. Ino, ex eiusmodi nouis locutionibus  
 uidemus plerasq; haereses exortas esse. Vere etiam  
 dicitur: Non error, sed pertinax defensio gignit haeresim.  
 Item: Errare possum, hereticus esse nolo. Item: Huma-  
 num est decipi, errare, hallucinari, sed perseverare est  
 diabolicum.

Veræ pietatis studiosi, etiam hunc abusum dicti Pau-  
 2. Tim. I, lini obserueut. Quod enim ad Timotheum scribit: Retine  
 typum (formam) sanorum uerborum, quæ ex me audiuiisti,  
 perspicue de Deposito suæ doctrinæ. Ut quidè ibi istius  
 Depositi bis mentionem facit loquitur, & non solum de  
 uerbis. Iam itaq; hoc expende.

Quic

ARGUMENTORVM VENTILATIO. 113.

Quicunqz typum sanorum uerborum Pauli, aut depositum Apostolicum (utroqz enim uocabulo utitur) non obseruat, is scandalosum & falsum dogma profert.

Sed Hesbusius teste isto pictore errorum, non retinuit typum sanorum uerborum.

Ergo Hesbusius scandalosum & falsum dogma prostrulit.

Vocat igitur Apostolus typum sanorum uerborum sua dogmata, quæ tradiderat Timotheo, & appellat <sup>Typus sanorum</sup> depositum suum. Ergo typus NON sanorum uerborum, est doctrina contraria uerbis & deposito S. Pauli. Sed iste pictor contra Apostolum pronunciat: Typum NON sanorum uerborum, & quidem in articulis fideli, NON esse falsum dogma. Imo attende amplius, quomodo se pulchre destruant in suis asseuerationibus?

Hesbusius inquit: Sese illa sua dogmata, quæ supra ad uerbum posita sunt, uere & iuxta Apostolicam (Nota) doctrinam, Item, Recte, et secundum Scripturam posuisse, et nunquam uoluit agnoscere aut profiteri, esse typum uerborum NON sanorum.

At hic defensor, ex diametro ei sese opponens, pronunciat, Illa uerba Hesbusij, NON esse formam sanorum uerborum. Hanc igitur Regulam Pauli, contra

O 3

ipsum

ipsum pronunciat: nempe: NON esse formam sanorum  
uerborum, ut repetam, quia res magni momenti est.

Ergo ex hoc fundamento S. Pauli hic pictor de-  
let atramento denso uerba illa Heshusij: Vere & iuxta  
Apostolicam doctrinam.

*Vbi* igitur manebit, hoc dogma Heshusij, pro-  
ut uerba iacent & sonant esse uerum, esse articulum  
fidei?

Videt igitur pius & attentus Lector, quomodo  
falsa dogmata discordantia defensorum semetipsa de-  
struant.

Minor est mirabilis, lucem per densas nebulas  
spargens (Nam conscientiae uis per scintillas quasdam  
emicat) ac Heshusium egregie accusans, imo & priora,  
hactenus fucationis ergo officiose allata, confundens.  
Quod utinam hic uester reformator cognosceret. Sed  
ipsius Dei opus est, mentes illuminare, atq; aberrantes  
in uiam rectam reuocare.

Audi autem attente atq; obserua diligenter, Iste  
pictor errorum inquit: Hanc locutionem IN AB  
STRACTO, aliquando in medias propositiones  
Heshusij esse positas. Et haec uera sunt. Benedic tus au-  
tem Dominus Deus, ueritatem etiam per iratos erro-

rum patronos proferens. Imo porro ausculta, ter ista proficitetur & contestatur iste pictor errorum.

Heshusius autem manibus pedibusque, & in auditis maledictis hactenus pugnauit, sese hasce uoces: in Abstracto, non posuisse in MEDIAS propositiones. Eoque stratagemate, omnes omnium reprehensiones uoluit cludere atque effugere, ut ipsius uebementia scripta testantur.

Idem quoque reliqui propugnatores illius falsi dogmatis uebementer contenterunt, contra manifestum textum, atque in ea pertinaci assueratione, cum textu ipso (ut dixi) pugnante, omnem suæ fascinationis, hoc est, uictoriæ spem reposuerunt. Nam igitur hic nouus noui dogmatis patronus, Heshusium & reliquos ad stipulatores, falsi testimoniij arguit atque conuincit, & contra eos pronunciat, uoces nimirum in Abstracto, ab Heshusio in Assertione, aliquando in MEDIAS propositiones inserit, idque ter in suo scripto repetit atque assuerat. Sic scilicet ora patrocinantium falsis & scandalosis dogmatibus nunquam consentiunt, sed quæ tanquam exortatorum pulchre redarguunt, refutant, confundunt, destruunt. Et hoc occulto & mirando Dei iudicio.

Iam audi Maiores Syllogismi: Quando haec uoces: IN ABSTRACTO, in ipsam propositionem.

216. **F**VMOSORVM QVORVNDAM  
ponuntur, tum ipsa propositio est **IMPIA** et **BLASPHEMIA**, inquit Heshusius in quodam scripto.  
Notabene.

**M**inor, Sed iste dicit: *Voces in Abstracto, in Assertione Heshusij, aliquando in MEDIAS propositiones insertas esse, &c. idque NOTAS SE affirmat. Et sane recte notauit.*

Conclusio sequitur irrefragabiliter: Ergo istae propositiones, in quibus iste uoces in Abstracto (in Assertione Heshusij) in MEDIAS propositiones sunt insertae, sunt **IMPIAE & BLASPHEMIAE**.

Hie igitur inquam, pia pectora obseruent, quomodo ipsius Dei admirando et tremendo iudicio impingant omnes, quotquot falsa dogmata nituntur palliare, & fucosas conciliaciones per fas nefasque obtrudere. Si quis iam hic non erubescit, timeat Deum, ne prorsus in reprobum sensum tradatur. Deus enim in tantis rebus non iocatur.

**A**dhuc unum obserua, quam pulchre capitibus suis iuncti sint illi uebementes & maledici defensores scandalosi & falsi illius dogmatis, scilicet ut uulps Simsonis, caudis colligati, ac titionibus ardentibus passim segetes succidentes.

Aliqui

VORUNDAM  
MPIA CELL  
us in quodam  
er in Absis  
MEDIA  
NOTAS  
litter: Engl  
Abstracto (n.  
8 proprie  
LASPH  
ruent, quon  
io impingant  
re. & suad  
Si quis  
in reprob  
us non hoc  
proibus fu  
eniores scie  
pes Simoni  
simus fecit  
Sapientia

ARCVMENTORVM VENTILATIO. 217.

Aliqui dicunt: has uoces in *Abstracto*, non esse Vide in-  
in ipsis propositionibus *Heshusij*. fra in Dis-  
sonantia.

Alij dicunt, uoces in *Abstracto*, in *MEDI=Heshusia=*  
*AS* propositiones esse positas. *narum.*

Alij dicunt: Propositionem: *Humanitas Christi*  
*IN ABSTRACTO* est omnipotens, uiuifica,  
adoranda, esse falsam, impiam, blasphemam.

Alij dicunt: Hanc propositionem esse ueram &  
rectam, seq̄z eam defensuros, licet *Heshusius* eam uelit  
reijcere.

Alij dicunt: Siue uoces in *Abstracto* in media  
propositione stent, siue extra eam, tamen eam esse ueram  
& rectam.

Alij dicunt: Propositionem illam *Heshusij* non  
tam esse malam si bona accedat glossa.

Omitto capita alia, alios gryllos stridentes habentia,  
de quibus alias dicendum est. Ino expecta parumper  
piè lector, audies illos scandalosi dogmatis pictores,  
adhuc plura mirabilia portenta, quibus se se confundant,  
prolaturos. Nam Deus ipsos infatuabit, quia ueritatem  
monstratan audire tam superbe & procaciter recusant.  
Deus ipsorum misercatur.

O Sicut illi vanitates

Vanitates

sis. F V M O S O R V M Q V O R V N D A M

*V*anitates porro illas, quid Heshusius C O G I T A R I T, sunt inane sfermologie. Quid enim tu ho<sup>m</sup>o de aliorum C O G I T A T I O N I B V S potes  
Sup. 118. reuelare? Quid si aliud cogitasset, præsertim antea non-nihil monitus de eodem dogmate.

Porro usitatissimum in mundo præstigiarum genus est, ut historia docet, scandalosa nimirum & falsi dogmata extenuare: Esse nimirum tantum male sanam formam uerborum, esse ἀνυπολόγιας &c. Eos scilicet fine, ut illa dogmata, sicuti uerba ibi iacent & sonant, non damnentur pro falsis dogmatibus, sed tantum pro obscuritate aut in concinnitate aliqua, que sit Adiaphoron quoddam, ac bene possit defendi.

Sic D. Maioris dogma: Bona opera esse ad salutem necessaria, prædicabatur esse, non sana forma uerborū, sed ἀνυπολόγια, ideoq; eam improprietatem esse corrīgendam. Esse autem scandalosum & falsum dogma, id uero nequaquam admittendum esse. Sic igitur D. Maior, nunquam fassus est, nec Vitebergenses illi Adiaphoriū unquam concederunt, suam illi propositionem esse falsum dogma. Ratio est, Quia magni Prælati, cum iactura sui Nominis id nolunt concedere. Tantum uero uexarunt hactenus homines istis uerbis, D. Maior non utetur amplius

amplius ista propositione. Ad salatem inquit ille, non dico, &c. Et tamen in Colloquio Altenburgensi strenue hoc ipsum dogma defendeunt. Item, in Tomis operum D. Maioris excuderunt, & ut obuium esset, in margine & indice, singulari studio & cum triumpho consignarunt.

In Osiandrina controvrsia, M. Vogel, &c. similes errorum picturas proferebat, ut scripta eius testantur. Osiandrinum scilicet, non sana uerborum hypotyposum, posuisse ἀκυρολογιας, periculosa, improprias, peregrinas locutiones. Sed tamen falsum dogma non esse. Mörlinum affinxisse ei quedam portentosa & abominabilia, & quidem per consequentias, &c. Sed recte Mörlinus & præclare dimicauit: Non tantum esse peregrinas propositiones, & formam uerborum non sanam, sed esse falsum dogma, sicut uerba ibi iacent & sonant. Et uicit Dei beneficio ueritas.

Sic nos quoque per Dei gratiam, firmis fundamentis demonstrauimus, hoc dogma Heshusij, prout uerba ibi iacent & sonant, non modo formam sanorum uerborum non esse, nec tantum improprias & periculosa locutiones esse; Sed esse quoque scandalosum et falsum

falsum dogma. Quia sacræ literæ non sic docent, Quia Lutherus manifeste ponit NON, ubi Heshusius ITA scribit: Humanitas Christi est adoranda, inquit Lutherus, in Concreto, NON in Abstracto. Quia pugnat cum Corpore doctrinæ. Sed ista in alijs multis Scriptis uberioris sunt exposita.

Expendant pijs & hoc perniciosum stratagema, falsa dogmata incrustandi & retinendi: Si falsa dogmata, tantum illotitulo uenditanda sunt, esse scilicet IM PROPRIAS locutiones: tum nullus erit error, nulla hæresis, nullum falsum dogma, quod non poterit sub hoc pallio latere, ac Anathema Paulinum euadere. Et Gal. I. Matt. 12. sic fortis ille, atrium suum in pace possidebit, &c.

## XII.

Si in TOTO scripto sic locutus fuisset Heshusius, non immerito crederetur falsum dogma pro ponere.

Sed Heshusius in eodem tractatu, utitur alias rebus loquendi modis.

Ergo Heshusij propositiones, non sunt falsum dogma.

Respondeo, Maior est fallax, & præstigiatorum color. Nam hæretici quantum possunt, ut in historijs uidere est, occultant suos errores sub pelle ouilla, hoc est, rectis

ARGUMENTORVM VENTILATIO 221.

rectis locutionibus admixtis. D. Maior certe in libello G. Maior. aduersus Amsdorffium, suam propositionem non urgebat in singulis paginis. Imo in nonnullis alijs Confessionibus suis, studiose & magna arte occultabat, & alioquin recte loquebatur. Hic igitur etiam præstigiaores reperiebantur, qui eo nomine D. Maiores excusarent. Sed Deus ipsos confidit.

Dolendum igitur est, tam futilibus rationibus aut spectris potius, falsis istis dogmatibus patrocinium queri, & quidein in articulis fidei, ubi pia conscientia, planam & illustrem ueritatem, & quidem diuinam expetit.

XIII.

Quicunq; promittit, sc uelle CORRIGERE improprias locutiones, ille non habet falsum dogma.

Heshusius promisit, sc uelle corrigerre falsum dogma, ut in Appendix significauit.

Ergo Heshusius non habet falsum dogma.

Respondeo. Maior est fallax. Et mirum Dei iudicium est, quod pictores horum falsorum dogmatum, omnia Adiaphoristarum pigmenta, spiritus sancti testimonijs tam luculenter destructa, ueluti cæcitate percussi, repeatant, & in medium absq; rubore adducant. Nemo autem debet dicere: Et quare hoc facitis?

D. Maior

222. FVM OSORVM QVORVN DAMA

D. Maior etiam dicebat, se uelle corrigerem. Et quidem in sermone de conuersione Paul, quo defende rat suum illud dogma, plurima expunxit. Sed D. Heshusius tum seripsit: Nequaquam Ecclesiam ea re posse contentum esse. Sed mota controuersia, manifeste & absq; inuolucris dicendum, quid sit uerum, quid falsum? Sic præsentibus Heshusij dogmatibus, offensa est Ecclesia Christi. Si militer igitur dñlucide, plane, uere, absq; elusione dicendum: An hæ propositiones Heshusij, sicut uerba iacent & sonant, sint uerae uel non. Articuli fidei, uel non. damnandæ uel non.

Deinde audi præstigias, in uoce corrighendi inuen tas. Dicebat Heshusius in frequenti actione: se se NOLLE corrigerem, Quia si corrigeret, se fateri quod errasset. Id uero se non uelle concedere. Postea elusiones inuentæ sunt, posse cum uti uoce corrighendi & mutandi, & tamen non agnoscere nec damnare scandalum & falsum illud dogma, posse cum concedere, obsecuram esse locutionem, uel etiam periculosam, eamq; mutandam, & aliquid eradendum esse.

Item, culpam non in uerba sua, sicuti iacent, uoluit  
Sap. 16. 1. referre Heshusius, sed in lectores rudes aut inuidos, ac calumniatores, ut hac arte dogma illud saluum et rectum maneret.

mancaret. Attendant igitur pie mentes ad gyros te uexas-  
tiones illas, profecto indignas uerbi Dei Ministris, &  
pernicioas Ecclesie Christi, Id quod experientia hoc in  
loco satis superq; testatur.

Commentarius autem tuus, o præclare errorum pi-  
ctor, in appendicem Hesbusij, est contratoxum. Nam  
ut scias, termino sepius variata est illa appendix. Et sem-  
per expuncta est hæc sententia; Quod si tò pñtrop retineat-  
tur, alienam esse istam doctrinam à uerbo Dei, scriptis  
Lutheri, & sententijs Corporis doctrine. Hæc nota  
bone uir, & cogita quo tendant. Item. Vbi significabat-  
tur in appendice, uoces in Abstracto, ipsis propositioni-  
bus aliquando insertas esse, hic etiam elidebat & clude-  
bat ista herba. Optaremus igitur circumstantias histo-  
ricas tibi notas esse, forte dexterius & magis pie indi-  
caturus es.

Nihil autem aliud hic actum est, quam ut Hesbus-  
suis agnoscens humanum lapsum, fateretur ista uerba,  
& istam doctrinam, sicuti uerba in Assertione iacent,  
stant, sonant, esse scandalosum & falsum dogma, &  
ut corrigeret, eoq; pacto omnis controversia tolleretur.  
Sed ipse noluit agnoscere lapsum humanum, quod nimi-  
niuistit doctrina iuxta tò pñtrop non esset cōsentanca uerbo  
Dei

## 224. FVM OSORVM QVORVNDAM

Dei, scriptis Lutheri, & Corpori Prutenico. Hoe  
 igitur artificio carnali, correctis aliquibus uerbis, re-  
 tinuisse nihilominus illud dogma quod posuit. Defen-  
 disset ut rectum & bonum, pro suo libitu. Inculasset  
 alijs, &c. Relicti essent omnes seducti in errore. Nec  
 Deo restituta esset sua gloria. Idq; res ipsa testatum fe-  
 cit. Nam quidam discipuli Heshusij, aperta fronte co-  
 ram Consistorio ausi sunt profiteri, Verum esse dogma:  
 Humanitatem Christi in Abstracto esse omnipotentem  
 & adorandam. Et quidem audax & impudens Nugige-  
 rulus coram bonis uiris dixit: Si maxime Heshusius  
 suas illas uiciofas propositiones abijceret, se tamen de-  
 fensurum esse. Et ille est unus de Turbatoribus, &c.  
 Quod uero falsa dogmata impropriæ tantum locu-  
 riones nominantur, præstigiæ sunt Adiaphoristis & alijs  
 quibusdam familiares, & sunt colores ad fascinandos ho-  
 mines, & magis perturbandam Ecclesiam Christi, ut  
 dictum est.

## XIII.

Dogmata non sunt in legendo, sed in intelligendo, &  
 non uerba, sed res & dogma hæresin facit.  
 Ergo Heshusij dogma non est falsum. Non sibi  
 respondeo.

ID.

VORRNDAN  
por Prutenica  
His aliquidbus uen  
quod posuit. I  
suo libitu. In  
seducti in error  
Idp resigatq  
lesbusij, operiq  
teri, Veruuej  
stractor, se omiq  
lax & impudic  
es abiceret, seia  
de Turbatoribus  
i inpropriae tan  
int Adiaboniti  
colores ad fifta  
in Ecclesian C  
II. manus  
endo sed in in  
herens facit.  
ua non est falsum  
N

ARGUMENTORVM VENTILATIO. 223.

Respondeo. Noua dogmata, nouas regulas, immo etiam nouos Prophetas pariunt. Et unde nobis ista regula in dogmatibus Fidei? Ex quo libroueteris aut Sup. 86. noui Testamenti? Nullus & nemo mordent se in sacco.

Imo hoc paradoxon est contra sacras Scripturas, Vide Wi-  
hoc quidem in loco, & uergit ad Schwenckfeldiana dog- gandum in  
mata. An non uerbum Dei facit dogma? An non lectio causis ger-  
uerberum Dei, est dogmatis diuini lectio. Voluit Mo= manicis pag. 59.  
ses legem diuinam legi. An non igitur dogmata Dei  
uoluit legi? Cum Paulus iubet attendere lectioni, An 2. Tim. 4.  
non eo ipso, iubet attendere dogmatibus Dei? Imo cum Ioan. 5.  
Christus iubet scrutari Scripturas, id quod certo legen-  
dos fit, An non iubet dogmata Dei legendis cognosciri?  
Proinde paradoxon illud: Dogmata non esse in legenda:  
in uerbo Dei non consistit.

At inquis: Oportet non solum legi uerbum Dei, sed  
etiam intelligi. Legere quosdam absq; intellectu, ut Eu= Acto. 8.  
nuchum regine Candaces.

Respondeo. Hoc sane uerum est. Sed dogmata  
non esse in legendis, id uero recte expendendum est. Au-  
tor paradoxi istius, proculdubio recte interpretatus est,  
& alio respexit. Proinde non est nobis iam cum illo ne-  
gocium, qui suo insensu, suoq; loco, hoc humano dicto usus  
P est.

224. **O F V M O S O R V M Q V O R V N D A M**

est. Sed cum ista applicatione istius pictoris errorum  
præsentium est nobis res, & An pro norma fidei, aut κριτηρίῳ  
regula iudicandi controuersias de articulis fidei  
possit ac debat recipi? Hæc moneo, ne quis calumniam  
struat, quia de rebus fidei hic agimus.

Sed inquam: Non uerba, sed res & dogma hæresin  
facere, paradoxon est, quod pro fundamento articuli fi-  
dei haberri nequit. Nam uerba Dei constituunt dog-  
ma. Verbaista: Sola fide, gratis ex misericordia  
propter meritum Christi, & non propter Essentialē  
Dei iusticiam, nos peccatores coram Deo iustos repu-  
tari, sunt dogma, & quidem fidei dogma. Fanaticus  
Schwenckfeld, negat in uerbis consistere dogma, sed in  
rebus, &c. qui quidem ab Ecclesia Dei uera iure explo-  
sus est.

Verbum Dei inquit Paulus, habitet inter uos a-  
bundanter. Coloss. 3. Iam si aliquid fanaticus aut Stenck-  
feldista uellet contendere, hoc uerbum non constituere  
dogma, nonne ouieulæ Christi merito talem præstigiato-  
rem Antycirus mitteret in esse censerent, ut helleboro-  
purgaret cerebrum? Sic Christus iubet oues V O-  
CEM suam audire. Vox igitur seu uerba Christi,  
dogma

dogma constituunt. Sic etiam uerba hominum contra uerbum Dei prolata, constituunt dogma, & quidem impium, hoc est, hæresin. Ut, ista uerba: Bona opera sunt necessaria ad salutem, constituunt dogma, & quidem hereticum, utpote Pseudoapostolorum.

Est ergo onnino quiddam fanaticum & Stencfeldianum, hoc inquam in loco assuerare: Verba non constituere hæresin, sed res & dogmata. Quasi uero uerba a rebus diuelli, & absq; uerbis existere possent? Imo utraq; sunt coniuncta. Qui impia uerba in doctrina profert, is falsum dogma profert. Et, qui falsum dogma profert, is impia uerba profert. Verba Nestorij Ephesina Synodus damnavit. Et non tantum res, absq; uerbis. Verba Arij Nicena Synodus execrata est, & non tantum res & dogmata, sed utrumq; simul.

Sed fanatis nos omitto. Hoc unum addo. Forte & hoc cauillum, in illo fanatismo latet. Num dictio nem, hæresin non constituere. Sed nec sic euadunt fanatici. Non enim tantum dictio una contra uerbum Dei prolata, sed etiam unica litera non recte collo-

cata, hæresin & falsum dogma gignit, Id quod exempla Ecclesiæ in Arianismo, &c. ostendunt.

Differunt  
locutio in  
commoda  
& falsa.

Propter cauillatores & hoc iterum subijcio. In commoda locutio est, quando aliquid obscurius dicitur, quam conueniat, aut alio modo incommodum aliquod adferat. Sed falsa locutio est, quæ contra uerbum Dei est, & scandalosum & falsum dogma inuehit. Tales autem sunt propositiones illæ in Assertione Heshusij, prout uerba iacent & sonant, Id quod euidentibus fundamentis probatur.

## XV.

Persequi Ministros uerbi propter uera dogmata, non est ueræ Ecclesiæ nota aut proprietas.

Sed uos id facitis. Ergo &c.

Respondeo. Minor decurtata est, ut fraus magis lateat. Nam propter uerum dogma Heshusium esse dimissum falsum est. Princeps enim huius terræ cum dimisit, quia scandalosum & falsum dogma defendit, nec uoluit ut falsum agnoscere unquam. Præse tulit quidem aliquomodo correctionem, sed ita, ut defendaret, id non esse scandalosum & falsum dogma, & ut malediceret atrociter monitoribus, Ut alijs molitionibus ipsius iam nihil addam.

Notandum

Notandum & hoc est, quod iste pictor errorum nunquam tamen profiteri ausus sit, dogma Heshusij, sicut in locis annotatis uerba iacent & sonant, esse uerum dogma, esse articulum Fidei, imo damnavit ex parte, & semipleno ore. Non tamen uult admittere, esse falsum dogma. Sic scilicet conscientia in causa mala fluctuat. Oro autem Deum, ut amplius ei oculos aperiat.

## XVI.

Qui non dicit Omnipotentiam, &c. fieri Essentiale idiomam humanitatis Christi, &c. is non docet contra Corpus Prutenicum.

Sed Heshusius non dicit, omnipotentiam fieri essentiale idiomam humanitatis Christi.

Ergo Heshusius non docet contra Corpus Prutenicum.

Respondeo. Maior est fallax, imo stulta. Sunt enim alia, in quibus contra Prutenicum Corpus ipsius dogma pugnat.

Argumentum autem ex Corpore Prutenico a nobis tale contextitur.

Quando distincte de Naturis in Christo praedicatur, tum unicuique naturae sua NATURALIS proprietas attribui debet. Hoc docet Corpus Prutenicum, & recte.

Sed Omnipotentia, Vniuersitatis, Adoratio, non sunt naturales proprietates humanae naturae in Christo. Id quod nemo sano cerebro praeditus, in Ecclesia Christi negabit.

Ergo Omnipotentia, Vniuersitatis, Adoratio, non possunt attribui naturae humanae distincte consideratae.

Sed Hesus inquit: IPSI Humanae naturae PER SE consideratae, adscribi uirtutem diuinam, hoc est, omnipotentiam, uiuificationem, &c: fol. 96.

Ergo dogma Hesu non concordat cum Prutenico Corpore.

Hec tam sunt manifesta, perspicua, lucida, ut reuera insano cerebro praeditus sit, qui non uideat. Nam Maior est clara, ex doctrina, & ex facto. Quid igitur pictores errorum homines ludificantur, dum ipsum Solem in meridie lucentem, negare tentant?

## XVII.

Deinde hic pictor errorum ait, non recte torqueri contra Hesum Regulam Corporis Prutenici: Proprietates officij Christi, neutri naturae soli tribuendas esse.

Respon-

ARGUMENTORVM VENTILATIO. 229.

Respondeo. Si satis est pronunciare, & non respondere ad Argumentum, facile quiuis impostor uictoriā obtinebit. Argumentatio autem nostra talis est:

Officij Christi proprietates, neutri naturæ in Christo soli attribui debent. Hoc asseuerat Corpus doctrinæ Prutenicum, & recte. Sup. 71.

Sed Heshusius inquit. IPSI naturæ humanæ (Christi) PER SE consideratæ, uirtutem diuinam (hoc est, uiuificationem, &c.) adscribi posse.

Ergo hoc Heshusij dogma non concordat cum Corpore Prutenico.

Quid uero hic pictor errorum contra profert? Facitis inquit, Heshusio iniuriam. Estis Sophistæ? Ehem tibi. Siccine satis est Argumentum solutum? Ito nunc, & neges, solvi posse Argumenta. An non conuenit, pro solutionibus, substituere maledica uerba? Sic scilicet, propugnanda sunt falsa dogmata. Quod si quis respondere contra ausit, plura & atrociora auferet conuicia. Quid uultis amplius?

Sed nos miseri serui, nisi seri & crucifixi Christi, didicimus: "Maledicta non esse Argumentorum solutiones. Et, Conuicia, non esse Articulos fidei

P 4

& ro-

¶ rogamus, ut uos tam irati flagellatores, nos in ista sim= plicitate ¶ rectitudine relinquatis. Quod si autem uo= bis propositum est, flagellando pergere, Age, Non su= mus nostro Domino superiores aut meliores. Fiat igitur quodcunq; Dominus noster Iesus Christus permiserit. Profiteamur ueritatem cœlestem constanter, ac refute= mus scandalosa ¶ falsa dogmata alacriter; siue per bo= 2. Cor. 6. nam siue per malam famam, ut loquitur Apostolus.

## XVIII.

*Ad Lutheri iudicium ¶ doctrinam, quod attinet,*  
iste inquit: *Heshusius non negat Lutheri dictum.*

Ergo falso contra ipsum allegatur.

Respondeo. Vide miram soluendi rationem. Ipsam Argumentationem transilit iste pictor errorum, ¶ fu= tiliter ludificatur homines, fallacia secundum non causam ut causam. Quod ut liqueat, imperitoribus ista phantasia, paululum ob oculos ponenda est. Sic autem sonat:

*Quicquid aliquis non negat, id non est contra ip= sum.*

Sed Heshusius non negat dictum Lutheri.

Ergo dictum Lutheri non est contra ipsum:

Respondeo, Maior est fallax. Nam pleriq; heretici non negant sacram Scripturam, que tamen con-

tra

trailllos est. Non negant Sacramentarij uerba Testamenti Dominici, sūm tamen ea sunt contra ip̄os. Non negabat D. Maior dicta Pauli, de iustificatione per fidem in Christum, sine operibus Legis, quæ tamen contra ipsum erant. Non negabat Osiander dictum Iohannis: Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato, & tamen contra ipsum est. Non negant homicidæ quintum Decalogi præceptum, & tamen contra d̄gunt, &c.

Ad Minorem. Non est hic disputatio, An Hesbusius NEGAT dictum Lutheri. Imo nec est controuersia, an probet uel improbet? Sed an propositiones Hesbusij pugnant cum hisce Lutheri dictis uel non. Quod autem Lutherus Negatiuam pronunciet, ac teneat, uidelicet, NON in Abstracto, Vbi Hesbusius affirmatiuam ponit, ITA, in Abstracto, hoc euidentis & irrefragabile est ex utriusq; textu. Eiusmodi igitur fuit nostra argumentatio, quæ adhuc consistit.

Quod Lutherus iuxta scripturam sacram docet, id merito retinemus.

Sed Lutherus clara uoce inquit: Adorandam esse humanitatem Christi, in Concreto, NON in Abstracto.

clo, At Heshusius inquit: In Abstracto caro Christi adoranda est. fol. 104. 105. &c, Imo inquit: Virtutem diuinam SIC transfusam esse in carnem, ut ea NON SOLVM in Concreto, SED ETIAM in Abstracto, &c. humanitati Christi uere & iuxta Apostolicam doctrinam adscribi possit. Fol. 96,

Ergo Heshusij dogma nequaquam cum Lutheri doctrina congruit.

Ad Minorem respondet pictor errorum. At quomodo? Heshusius inquit, non negat Lutheri dictum. Quid? Estne hæc sani hominis responsio? Contrarietas dictorum monstratur tam manifesta, ut eæcum & stupidum, uel peruersum esse oporteat, qui eam non cernat. Merito autem taxantur illi iniusti postulatores in Propheta, qui dicebant ad Doctores Ecclesiæ: Nolite uidere, dicte nobis placentia, &c.

¶ Imo, si Heshusius non negat Lutheri dictum, sicuti nec debet, nec si maxime id faceret, cuerteret Lutheri scriptum. Lutheri autem dictum contrarium est Heshusij dictis: Nam Lutherus ponit, in Concreto, NON in Abstracto. Heshusius contra inquit: ITA, non solùm in Concreto, SED ETIAM in

ARGUMENTORVM VENTILATIO 233

in Abstracto. Lutherus inquit: Humanitatem Christi adorandam esse in Concreto, NON in Abstracto. At Hesbusius inquit, In Abstracto caro Christi adoranda est. Ergo satetur Hesbusius, suum dogma contrarium esse dogmati Lutheri, prout uerba hic iacent consonant.

Deinde rhetoricitur de sententia hic noster pictor, ut uidelicet Antithesin tam illustri loco positam translat, & lectorem alio abducat. Sed tali artificio, non possunt scandalosa & falsa dogmata pro ueris canonisati. Agitur itaq; hic de ista Antithesi:

In Concreto, NON in Abstracto. Lutherus.

XIX

Non solum in Concreto, SED ETIAM in Abstracto, Hesbusius. Et quidem in ijsdem propositionibus.

Humanitas Christi est adoranda, in Concreto, NON in Abstracto. Lutherus.

In Abstracto Caro Christi est adoranda, Hesbusius, &

Quomodo autem haec uerba IN ABSTRACTO posita in MEDIUM propositione, ut tute ipse fateris, & recte, sint accipienda, non ex tuo capite

capite querendum est. Sed ex autoris scriptis atq; excusis uerbis, ubi in media propositione sic inquit: IN ABSTRACTO, hoc est, per appellationem, quæ IPSA M naturam humanam PER SE consideratam significat fol: 96. Ista sunt autoris uerba. Iam itaq; hanc sponsam inspice: IPSI naturæ humanæ Christi PER SE consideratæ, uirtus diuina (hoc est, omnipotens, uiuificatio) adscribi potest et debet. Vnde ibi.

Manet igitur & manebit uera nostra Argumētatio, quæ inani sibilo & contumeliosis uerbis, neq; a te, neq; ab alio quoquam poterit euerti.

## XIX.

Quod quis sibi uelit fieri, id alteri quoq; faciendum est.

Wigandus quoq; inconsideratè posuerat propositionem: Deccatum originis est corrupta natura, quam ipse met publico scripto postea refutauit.

Ergo & Heshusio id concedi oportet.

Respondeo ad Minorem. Wigandus non est monitus de ea locutione à quoquam. Deinde, Wigandus sua sponte eam reiecit & damnauit. Tertio Wigandus nomine postulante, solidis argumentis publicè coram tota Ecclesia

ARGUMENTORVM VENTILATIO. 235.

Ecclesia, refutauit eam propositionem, atq; indicauit, hoc dogma reiiciendum & damnandum esse, præsertim cum controuersia Manichæorum exurgeret, & cupearet ea propositione suum falso dogma tueri. Veram autem atq; immotam esse hanc doctrinam: Peccatum originis esse CORRUPTIONE M naturæ, & NON esse substantiam, semper professus est Wigandus.

Iam Heshusius similiter faciat, post tot commonefactiones.

Agnoscat & damnet scandalosas & falsas suas sententias ac doctrinas, in Assertione sua positas.

Publicè argumenta coram tota Ecclesia proferat, cur hæc sua dogmata non subsistant, ac sint damnanda.

Hoc si fecerit Heshusius, parem cum Wigando laudem merebitur coram Deo, & Ecclesia eius. Sed tu bone uir & Heshusius, pingitis scandalosa & falsa dogmata, Hoc in uitio est. Hoc neq; Deo, neq; Ecclesie ueræ placere potest.

XX.

Quando nosti sensum alicuius esse pium & sanum, sceleratum est ex uerbis incommodè dictis statuere errorum.

Sed

Sed Hesbusij sensus est & sanus, & habet tantum incommoda uerba.

Ergo sceleratum est, ex uerbis eius incommodis statuere errorem.

Respondeo. Primum ad Maiorem. Bene ea presupponuntur: Cum noueris sensum esse pium & sanum. Deinde sani nouerunt, discernenda esse incommode dicta, & falsa dicta. Nec concedendum est prestigiatoribus, ut falsa dogmata pro incommode dictis obtrudantur. Nam aliás sub isto tam lato pallio omnes prestigiatores & hæretici, se posse occultare, atque in Ecclesia Dei liberrime habitare ac grascari.

D. Maioris Patroni dimicabant, ipsius dogma, esse incommode dictum, Et sensum eius alioquin esse bonum. Ergo contendunt in hodiernum usque diem, D. Maioris dogma non esse pro falso dogmate habendum. Sic Osiandrinæ doctrinæ incrusterunt. Eum incommode locutum esse, id quod probari non posset. Ergo pro falso dogmate non posse Osiandum damnari, &c.

Deinde Minor neganda est, Et ratio est.

Quia

## ARGUMENTORVM VENTILATIO. 237.

Quia uerba Heshusij non sunt tantum incommoda, sed etiam sunt falsa, in hoc tanto fidei articulo. Id uero demonstratum est, quia tale dogma non extat in uerbo Dei, sicut uerba ibi iacent, & falso ibi prædicatur, quod uere & iuxta Apostolicam doctrinam, Item, Reclè & secundum Scripturam sic autor pronunciet. Hæc sunt maximi momenti. Item, Quia, quod Lutherus damnat, id Heshusius afferit. Item, Quia non consentit cum Corpore Prutenico. Magnum igitur peccatum est, falsa dogmata pro incommodis duntur taxat dictis uenditare. Sed quando pinguntur errores, ista confusio & metamorphosis maximarum rerum nihil penditur, & Dei oculus non curatur.

Nec agnoscunt pia mentes, in illis quidem anno=tatis Heshusij locis sensum esse pium & sanum. Ratio est, quia ex uerbis tuis iustificaberis, uel damna=beris, inquit Christus. Prout igitur ibi uerba iacent & sonant, ea NON sunt pia, neq; SAN&A, quia falso Apostolicæ doctrinæ & scripturæ adscribuntur: Quia Lutherus ipsi reiicit: Quia Corpori Prutenico non sunt consentanea.

Insuper: Nullus orthodoxus, neq; ueterū neq; recentiorum,

Matth. 12.

238. FVMOSORVM QVORVN DAM

tiorum, sic est locutus, Id quod hic ipse pictor errorum,  
conscientia scilicet uictus, fateri cogitur.

Patrum incommodo dicta, à falsis dictis sunt dis-  
cernenda omnino, & nequaquam falsa ipsorum dicta, pro-  
**Sup. 15.** incommodo tantum dictis uenditanda sunt, Id quod pa-  
**Falsa dicta.** lam est. Falsa autem dicta sunt, pugnantia contra ex-  
pressum Dei uerbum, in articulis fidei potissimum. Iam  
nemo audebit negare patres, siue uitio siue illius ætatis,  
in quo uixerunt, siue alias, interdum falsa dogmata pone-  
re, quæ à ueris ipsorum dogmatibus, cum uerbo Dei  
congruentibus procul sunt discernenda.

Item. Est & ista differentia insignis. Patres non  
sunt commonefacti de suis incommodo, uel etiam falso di-  
ctis. Nam si id factum fuisset, non defendissent pertina-  
citer (ut quidem diuinare licet) illa sua scandalosa, aut  
etiam perperam dicta.

At Heshusis monitus atq; rogatus est multo ti-  
es, ostensis bonis rationibus, idq; factum est à politicis  
& Ecclesiasticis, à nobilibus atq; ignobilibus personis.  
Sed defendit ista uerba, istas sententias, istas doctrinas,  
summa cum peruicacia & maledicentia. Contra mani-  
festum textum negauit, has uoces in Abstracto, suis pro-  
positionibus insertas esse, id quod tu tanè cōtra ipsum ter-  
fateris.

ARGUMENTORVM VENTILATIO. 239.

fateris. Maledictis horrendis monitores deformauit. Turbas dedit ingentes, quas quidem adhuc literis suis auget atq[ue] exasperat, & sunt illae longe atrociores, quam pictores errorum uident atq[ue] uidere uelint.

De dicto Hieronymi non multa disputamus. Concedimus esse uerum secundum quid hoc est, ubi sensus manifeste est pius & sanus, & uerba ipsa non incurruunt in articulum fidei.

Sed in dictis illis Ihesuſij, sensus non est pius neq[ue] sanus. Et uerba ipsa sicuti ibi iacent & sonant, non sunt analoga fidei, immo sunt contra fidem, ut ostensum est.

Ergo hisce dictis, non potest Ihesuſij scandalosum & falsum dogma, prouero, fano, certo dogmate, aut pro articulo fidei uenitari aut stabiliri.

Vicissim itaq[ue] tibi hoc diuinum dictum occinimus: Vae, qui dicunt malum bonum, & bonum malum, Esai. 5. ponentes tenebras in lucem, &c. Item: Qui scandalis Matt. 18. uerit unum de pusillis illis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria de collo eius, & demergatur in profundum mare. Vae mundo a scandaliſ, Necesse est enim ut ueniant scandala, ueruntamen u[er]e homini, PER QVEM

Q

scanda-

**Gal. I.** scandalum uenit. Item: Si quis aliud Euangeliū prædicāt, &c. Anathema sit.

Sed pingere scandalosum & falso dogmā, doctis dolis aut fucis, summum peccatum est, id quod in defensione & pallatione præsentis falsi dogmatiſ fit.

Ergo caueant sibi omnes timentes Deum serio, & non sint patroni scandalorum & falſorum dogmatum, Deus enim uidet & iudicat.

Hæc sunt illa famosa & præclara Argumen-  
ta (Non enim audemus dicere lubibria, ne crabroa-  
nes iritemus) quibus scandalosum & falso illud  
dogma Heshusij defenditur, ornatur, pungitur, &  
atrociter criminibus proscinduntur, qui illud supplicia-  
ter adorare renuunt.

Sed obserua pro Christiane, Deum uere timens,  
num ex uerbo Dei luculento scandalosum illud &  
falso dogma Heshusij, iste tam incitatus & iratus  
defensor eius probauerit? Nullus & Nemo. Non  
enim potest. Nulla igitur uerbi Dei mentio, in to-  
to istius pictoris scripto occurrit. An non autem  
Docim̄es Ecclesiæ Dei, Controuersijs de arti-  
culis fidei, lectores cōdebebant deducere? Imo certe  
Iste autem Propheta ut dixi, non dicit ad uerbū

Dei.

ARGUMENTORVM VENTILATIO. 241.

Dei. Quid itaq; de eius scripto sentiendum est? Evidem Moses graue in Prophetas eiusmodi iudicium fert, qui non adferunt uerbum Dei, sed somnia capitum suorum Deut. 13. Esaius clare inquit: Si quis non dixerit iuxta uerbum hoc, non erit ei matutina lux, cap. 8.

Obserua, non ostendere hunc pictorem errorum, testimonia ex Luthero, ubi ipse quoq; sic docuisset, imo cogitur concedere, quod Negatiuam Lutherus adstruxerit.

Obserua, non ostendere hunc insultatorem, neq; adferre testimonia ex Corpore Prutenico, quod in eo, dogma Heshusij sit fundatum. Imo cogitur nobis largiri principia, ex Corpore nostro producta.

Quidigitur? Somnia capit. siū profert iste Propheta, que in Examini ueritatis & conscientiae non ualent hylun unum. Quid autem Deus ad ista dicet? Lege Deut. 13 ut dixi.

Quid uero amplius iste protulit? Maledicta &c. Inueni uas in nos licentias effudit? Quid nos autem idista? Respondemus. Defensio scandalosi & ipsi dogmatis gignit eiusmodi maledicta, quibus quidem

Q z

Christi

**Math: 5.** Christi dictum obtendendum est: Beati estis, cùm ma-  
ledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, &  
dixerint omne malum aduersus uos, **M E N T I E N-**  
**T E S.** Gaudete & exultate, quoniam merces uestra  
copiosa est in cœlis. Sic enim persecutisunt **P r o p h e t a s**  
qui fuerunt ante uos,

Quid rursum imprecamini aduersarijs tam male-  
dicis? Respondemus, serium Dei timorem, quo, agniti-  
tis tot peccatis, quibus scandalosum & falsum dogma-  
fucis pingunt, simpliciores fascinant, deteriores confir-  
mant, petulantiores ad conuicia & turbationes in-  
flammand, spiritum Dei in Confessoribus ueritatis  
contristant, Ecclesiæ scandala augent, tranquillitatem  
Ecclesiæ eneruant, blasphemij materiali suggesturunt,  
factiosis arma subministrant, &c. ueram ac maturam  
agant poenitentiam, recto pede ad ueritatem procedant,  
non tollant dissidia Ecclesiarum, Cothurnis, fucosis  
conciliationibus aut præstigij, non damnent, non comma-  
culent eos, qui ueritatem Dei illibatam eupiunt per Dei  
gratiam retinere, & præstigias in doctrina, bonis fun-  
damentis refutant, & Deus pacis erit cum eis. **Gra-**  
**I. Tim: 5.** ue dictum est: Peccatis alienis non esse communi-  
candum.

Dominus

Dominus noster Iesus Christus fanaticorum molitiones reprimat, errantes conuertat, recte sentientes confirmet, & salutem Ecclesiae pacem restituat, AMEN, AMEN.

Johannes Wigandus  
Episcopus Pome-  
zaniensis

## APPENDIX.

Quamvis in superioribus scriptis interdum discep-  
tiam eorum qui scandaloso & falso dogmati honorificum testimoni-  
um praestare moluntur, ac non tam veri-  
tati illustri, & miserè turbatæ Ecclesiae,  
quam nescio cui affectui, aut homini seruire cogitant, strinxerim: Tamen & hic sub-  
iijcere visum est illam dissonantiam, ut piæ  
mentes eam melius inspiciant, contemplen-  
tur atq; expendant.

Q3

Oro

Oro autem Deum, ut vel ex hoc speculo Palliatores falsi dogmatis considerent, quod non sit pium nec fortunatum, nec honestum, falsa dogmata fucis arte quaestis pingere.

## DISSONANTIA IN HESHVSIANA CONTROVERSIA.

**Q**uo<sup>t</sup> capita, tot sensus, inquit ille. Id uere in Controuersijs apparet, ubi nullum falso dogma concorditer atq; eodem modo defensatur. Sed nota falsi & scandalosi dogmatis perpetua est, discordan tes gignere & alere sententias. Id uero hic etiam uidere est. Attende pie & diligenter.

I. *Heshusius inquit: Voces IN ABSTRACTO, se non posuisse in medias propositiones.*

II. *Si istae uoces IN ABSTRACTO, propositionibus inserantur, gignere, aut esse falso dogma.*

*Huma-*

DANTIVM HESVSIANORVM. 245.

Humanitas Christi unita & ceteris IN ABSTRACTO est omnipotens, iuifica, adoranda: esse IMPIAM & BLASPHEMAM propositionem. Et se non habere istam propositionem in suo libro.

Non esse typum male sanorum uerborum. III.

Abstractum TANTVM esse notam alterius naturae in Christo. V.

Non se dedisse scandalum in doctrina in suis illis sententijs & doctrinis, Sed scandalum esse in legente, ac non in intelligente, uel perperam interprestante.

Monitores suos turbasse Ecclesiam sua ruditate & intempestiuis reprehensionibus, non se. Ideo ipsos oportere poenitentiam agere non se.

Non se correcturum ut scandalosum & falsum dogma, Sed propter iniustas insectationes, se elucidaturum quae alijs uiderentur obscuriora.

Q4

ALII

## ALII INCRVSTATORES

dicunt.

**1.** Heshusium in *MEDIA S* propositiones *istas*  
**Sup. 251.** uoces: *IN ABSTRACTO*: posuisse, Idq; ex  
 textu Assertionis manifestum esse.

**2.** Alij dicunt: Heshusium *NON* posuisse basce  
 uoces: *IN ABSTRACTO*: *in MEDI=*  
*A S* propositiones eo loci, sed tantum extra eas.

**3.** Alij rursum dicunt: *IN COMMODO*  
 loco *istas* uoces *in Abstracto* Heshusium posuisse.

**4.** Alij dicunt: Si istae uoces *in propositionem* col=  
 locentur, gignere falsum dogma.

**5.** Alij contra dicunt: Siue istae uoces: *in Abstra=*  
*cto, in Medium* *istam* propositionem, siue extra eam po=  
 nantur, perinde esse, & esse dogma uerum.

**6.** Alij dicunt: Sese *istam* propositionem: *Humanita=*  
*tem Christi unitam* &c, *IN ABSTRACTO*  
 esse omnipotentem, uiuificam, adorandam, prouera esse  
 defensuros, licet Heshusius eam reiaceret.

**7.** Alij dicunt: *NON* esse typum sanorum uerbo=rum.

Item dicunt, esse *anupodoylap*, impropriam, incommo=dam, periculosa, scandalosa locutionem.

Alij

Alij dicunt: Abstractum significare alteram Christi naturam PER SE consideratam, & sic Hesbusum declarare, fol. 96. in Assertione. 3.

Alij dicunt: Ista Heshusij propositiones & doctrinas, esse datum scandalum, nec posse in lectores reieci, aut in typographum. 9.

Alij dicunt: Monitores Pastores & alios, prebendentes illas locutiones & doctrinas Heshusij, turbasse Ecclesias. 10.

Alij uicissim dicunt: Recte fecisse Pastores, quod monuerint Heshusum, quod non usus esset typsanorum uerborum. 11.

Alij dicunt: Corrigendas omnino esse illas locutiones & doctrinas Heshusij, hoc nomine, quia NON sunt typsanorum uerborum, & non solum propter maleulos. 12.

Item dicunt: Corrigendas esse, quia sint periculose & scandalosae locutiones & doctrinæ, nec tantum hoc tribuendum maleulos.

Alij dicunt: Non esse scandalosæ aut periculoses, si candidè intelligantur. 13.

Alij dicunt: Tantum esse obscuras locutiones imperitis, itaq; elucidatione addita, nihil in eis uitij inesse. 14.

Q s

Alij

## DISSONANTIA CONCO R. HESH.

Alij dicunt : Non esse Articulum fidei, nec dogma falsum, Tantum autem incommodam & scandalosam locutionem, in termino male posito, qui sit removendus.

Aliquot tantum tibi CAPITA monstramus.  
Sunt autem adhuc plura, & uidebis in ista ambitiosa noui dogmatis propugnatione, subinde  
plura monstra copiose  
prouentura esse.

F I N I S

L A V S D E O.

INDEX.

# Breue Index rerum hoc libello contentarum.

		A	
	Fines	13.	In Abstra
Abstracti	Origo	51.	eo
	Vocabulū non adeouetus.	9.	
	Vox im Ecclesia retinenda.	88.	
	Vsus receptus.	II. 15. 159.	
Abstractiæ notitiae.		II.	Adiaphorissant Heshusiani.
Abtracta de abstractis non prædicantur.		I.	Adiaphorista.
per Abstracta uocabula licet loqui.	33.		Ambrosius mala fide citatus.
Abstractionem physicam naturarum in persona Christi ignorat Ecclesia.	46.		An sit & quomodo sit.
	Arithmeticum.	2.	Appendix ab Hes. mariata et mutata
	Dialecticum.	2.	Argumenta quædam Heshusij ponderata.
	Zærticwz sumptum.	4. 9.	
		16.	Argumenta maledictis nō soluantur.
	Etymologicum.	57.	Artopceus Osiandrista.
	Grammaticum.	2.	
	Inellectus.	I.	B.
	Lutheri quid.	18.	Bandinus.
	Mentis.	57e	
Abstracti	Nota uocabuli alterius na- ture.	4. 17. 36.	C.
	Pro substantiō nomine.	2.	Calummia uix caueri potest.
	Physicum.	2.	Cancellarij oratio Synodalis.
	Quid.	4. 74. 85. 87.	Caro Christi uiufica.
	Reale.	I.	Causæ cur locutiones quædam Hesh. falſæ.
	Secundum esse.	I.	Collationis Wigandinæ finis.
	Scholasticum.	2.	Collationis Wigandinæ occasio.
	Theologicum.	3. 4. 16.	in Collationibus quid obſeruandum.
	Tεχνικwz acceptum.	3.	Communicatio fit in Concreto.
	f dicit.	19. 33. 147.	Communicata in unione personali ea com- munia sunt utriusq; in Christo naturis
			Conciliações in doctrina noxiæ.
			im Concreto habere.
			Concretum pro Adieciuo.
			Concre-
		Q 6	

## INDEX

Concretum Scholasticum quid.	3.	ljs similiter errantibus.	165.
Confusio naturarum nulla.	32.	Error secundus.	68.
Controversia status.	59.	Errores quos Heshusij dogma gignit.	66.
Controversia utiles ad multa.	37.	Errores refutandi solidè ex uerbo Dei, non iudicio proprio.	152.
Correcțio Hesh. sum nè invisa.	211.	Errores tollendi optimaria ratio.	242.
Caro uisificatrix.	58.	Esse: quomodo esse.	21.
Humanitas in Abstracto est omnipotens, falsissimè dicitur.	25.	Exæquo naturarum nulla facta.	32.
Christi	Humana natura est omnipotens.	Extractum.	2.
stii	23. 35. 121.	Extra personam.	F. 46.
Humana natura omnipotens non in Abstracto.	34. 105. 109.	Fidei articulorum fundamenta, non intellectus hominis cuiuspiam.	89.
	110. III. 112.	G.	
Christus homo ab aeterno.	85.	Georgius Maior. s4.	92 196. 212.
Chytrai pia modestia.	151.		219. 222. 231.
	D.	Glossemata humana non curanda in articulis Fidei constituendis.	84.
Declaratio ipsius Heshusij.	145. 155.	H.	
	167. 209.	Habere, quomodo habere.	21.
Declarationes omni iure suspectæ, non facile admittendæ.	162. 205.	Habere, in Concreto. Per se.	40.
Deus passus.	88.	Hæretici egregij occultatores.	200.
Dextera Dei.	33.	Hæretici quomodo refutandi.	
Dicta incommodè & falso maximè differt.	152. 238.	Heshusij scribā penitentiā omnes boni optat.	
Dionysius Carthusianus.	10.	Heshusij declarationes propriae.	115.
Dissonantia concordantium scilicet Hessianorum.	216. 244.	Heshusij dogmata passim offensi muliti.	
Doctrinæ noua noua principia.	86.		118. 144.
	E.	Hes. propositiones contra corpus doctrinæ.	
Effugia Heshusiana.	144.	ILO. III. 136. 137. 229	
& deinceps usq; ad 166 & iterum 175. (ti. 117.		Hes. propositiones contra Lutherum.	64.
Episcopi quoq; ad Corpus doctrinæ alligaz.			93. 109 140.
Errantes agnoscant lapsum.	164.	Hes. propositiones contra Patres omnes.	
Errantium multitudine nihil patrocinatur a		64.	(65.

Heshusij com  
nem excidisse,  
Cur  
Con  
uerb  
posi  
Paf  
rec  
Ini

M  
Illyricus.  
Imitatione  
erratur.  
Inclitue a  
ea quantum  
Incommode

Labi hum  
Lectoru  
fieri, quò  
sa Hesh  
Locan

Locus  
Locu  
tur.

## INDEX.

- Heshusio contra uoluntatem hanc locutio-  
nem excidisse, non est uerisimile. 118.
- Cur dimissus.* 226.
- Contra apertum textum negat se  
uerba in abstracto mediæ pro-  
positionem inseruisse. 215.
- Pastores quatenus consentiant in  
recus, &c. 121. 153. 203.
- Initio lenissime tractatus. 203.
- Monstratum errorem de calami-  
tatibus retractauit. 151. 208.
- L.
- Illyricus. 84. 93.
- Intentatione bona plurimum & grauitate  
erratur. 150. 92.
- Inuestigare amarulentæ & collationes ami-  
cæ quantum different. 190.
- Incommoda & falsæ locutiones differunt.  
226.
- K.
- καρνοφωνία propria erroribus uitanda.  
65. 82. 118. 157.
- L.
- Labi humanum. 150. 183.
- Lectoris rudioris aut malevolentioris uitio  
fieri, quod Ecclesia hac disputatione offen-  
sa Heshusij calumnia est. 96. 151. 222.
- Locain Assertione controversa. 105.
- 192.
- Locus Pauli 2. Tum. I. Retine typū. 212.
- Locutiones nouæ suspectæ, merito uitan-  
tur. 65.
- λογοφωνία ferè dicuntur, quæ necessario  
controuertuntur. 28. 160.
- Loquendum lingua Ecclesiæ.
- Loquens rectè in uno loco non præsumitur  
quod ut omnibus quoq;. 120. 145. 154.
197. 207.
- Loqui incommodè, falso differunt. 151.
- Lutheri flagellatores. 55.
- Lutherimens. 8.
- Lutherus legit Scholasticos. 54.
- Lutherus Theologorum recentiorum no-  
vissimi. 64.

## M.

- Maledicentia effrenis propria Schermeris  
& eorum defensoribus. 163. 191.
206. 241.
- Materia circa quam abstracti. 12.
- Materia circa quam concreti. 12.
- Mathæus Vogel. 219.
- Melanchthon passus se admoneri. 151.
- Mendacium est omnes Germanæ Theo-  
logos sentire cum Heshusio. 210.
- Mens autoris non semper respicitur, Eam  
enim solus καρδιογνῶσης certò perspi-  
cit. 119. 148. 211.
- Mente seorsim alterutram Christi natu-  
ram considerare. 47.
- Monitores fidos ferè asperis maledictis &  
contumelijs uarijs mundus incesit. 161.
- 163.
- Morlinus rectè refutauit Osiandrum. 207.

Nestoriani

# INDEX.

N.

**Nestorius recte damnatus.**

120. Per se habere. 46.

159.

40.

**Nestorianismus.**

152. Petrus Lombardus. 9.

67. Pictor noui dogmatis Heshusiani nuspian

audet id tanquam uerum probare.

**Not recht.**

127.

**Nouæ doctrinæ nouæ phrasæ.**

311.

215.

**Nous illuminatus pictor Heshusiani dog-**  
**matis procedit in rhetorarum sine omni uer-**  
**bo Dei, tantum fidens suo & ut deo exponat.**

194. 246.

O.

**Officij nomina competunt utriq; naturæ**  
**simil.**

71. 229.

ēμοςτι. ομοιότι. 29.

**Osiander.**

231.

**Osiandri φιλοσοφia.**

206.

**Osiandrinismus quādā tristes turbas de derit.**

100.

P.

**Pastorum & Heshusij consensus quowq;**  
**se extendat.**

121.

**Patres perperam ab Heshusio allegati.**

175.

**Patrum autoritas quantas.**

79.

**Patrum naui uarij.**

151.

**Peccati sagen/thuts am ersten vnd**

**besten/wo mans je verschen.**

183.

**Per Abstracta & concreta uocabula que-**

**dam effueruntur.**

29.

**Per se considerare.**

46.

159.

40.

9.

Pictor noui dogmatis Heshusiani nuspian

audet id tanquam uerum probare.

227.

Pictor Heshusianismi meritis præstigijs &  
captionibus studet depellere lectorem ab ihs  
qua clara & manifesta sunt. 197. 205.

218.

115.

**Prædicatum.** Prærogatiæ humanae naturæ Christi un-

de. 142.

Præstigioria in Ecclesia singulare strata-

gema.. 194.

Principis Mandatum, ut scriptiomibus pri-

mum res utriq; agatur. 101.

Phrasæ receptæ, usitatæ retinendæ. 64.

Progressu ipso disputationum omnia exa-

ctius pernoscuntur. 153.

Propositiones in hac disputatione indubi-

tate uere. 61.

Q.

Quasi separatum. 48.

Quilibet natura in Christo retinet suas

essentialis proprietates in omnem aternitas

tem. 10. 11.

Quod sit. 22. 169.

Quomodo facta sit unio. 33.

Quomodo habere. 22.

Quomodo sit. 22. 72. 169. 182.

Recte

Refe logendum  
Radicatem plenariam  
in Schermer.

Sacramentariorū  
Iunctu natura  
iens.

Scandalum datu-

Separatum.

Similoma uulpes.

Sophistica Pasticci.

Günrecht

Syllogismi tota-

factio comple-

Synodi decretu-

Synodi rationes

Synodi supremæ

factio fuisse

Consiliarii

Synodus non o-

Synodus nuspifi-

si.

Synodus Primi

INDEX.

R.

- R**ecetè loquendum semper. 120.  
Ruditatem plerūq; obijcunt suis monitori  
bus Schermeri. 96. 159. 161. 208.

S.

- S**acramentariorum error, quod diuina so-  
lummodo natura in Christo sit omnipre-  
tens. 91. 174. 156.  
Scandalum datum Heshusij. 160.  
Separatum. 45.  
Simsonis uulpes. 216.  
Sophistica Pastores immerito ab Heshusio  
accusati. 165.  
Sūnrecht. 127.  
Syllogismus totam disputationem de Ab-  
stracto complectens. 186.  
Synodi decretum. 123.  
Synodi rationes cur hæc locutiones false.  
114. 115. 116. 117. 118.

- Synodi supremum præsidentem Spiritum  
sanctum fuisse, agnoscent & profitentur  
Consiliarij & ipse Cancellarius præcipue.

128.

- Synodus non omnia Hesh. damnat. 201.  
Synodus nuspia probauit dogma Heshu-  
sij. 201.

- Synodus Prutenica. 99.

T.

- |  |   |
|--|---|
| ex Alberto magno.<br>Augustino.<br>Brentio.<br>Caspary Cruciger.<br>Chemnicio. | 8.<br>79.<br>50.<br>5.<br>6. 9. 51. 70. |
|--|---|

- Corpore doctrinae. 6. 112.  
Cyrillo. 49. 79. 80. 82.  
Damasceno. 79.  
Epiphanius. 50.  
Gregorio Nissenio. 49.  
Herrbrando. 54.  
Heshusio. 7. 54.  
Ioanne pico Mirandula comite  
Kirchnero. 7. (30)  
Lutherio. 5. 11. 27. 36. 50.  
56. 94. 109. 115. 119.  
141. 151. 231.  
Marbachio. 53.  
Morlino. 5.  
Nazianzeno. 49.  
Theodoreto. 87. 88.  
Thoma Aquinate. 9.  
Wurtenbergensium Confessi-  
one. 6. 51.

- Tribui, quomodo tribuitur? 220.  
Tituli librorum speciosi. 195.  
Typographicum confictum οφόλμα non  
excusat Assenorem. 121.  
182.

V.

- Vera non debent corrigi. 164.  
Verba in Abstracto ipsem et Autor pro-  
positioni illenit. 143. 173.

Verè

INDEX.

Verè ac realiter communicatum esse.

W.

- |  |            |   |
|--|------------|---|
| per Vocabula Abstracta & Concreta pa-                                | 40.        | Wigandi epistola priuata qua Heshusius<br>cum suis complicibus sceleratè abusus.  |
| riter quædam prædicantur.  | 45.        | 203.  |
| Vocabulorum Abstracti & Concreti usus<br>in Ecclesia omnino licitus. | 47.        | 218.  |
| Vocabulorum Abstracti & Concreti usus<br>sit parcus.                 | 5. 15. 20. | Wigandus à nullo præmonitus, retractavit<br>pseudodogma de peccato originis. 234. |

Errata impressionis, vel etiani omissionis.

(3.b. 1.præscriptum) (5.9.locus.) (8.Augustanam in corruptam obla-  
gam Carolo V. anno. 1530. 1. texvūcōp. 3.accommodantur. 4.attendendum. 9. 9.  
pertinet. 13. 17. conueniat. 22. 9. obumbrante eam 25. 15. manifestissimum est  
28. 14. anbeten sol. 3 8. 3. indicem, quid de. 43. 23. ac propulsari. 47. 6. aliud se-  
cundum esse. Constat autem Abstractum secundum esse hoc in loco, &c. 51. 17. ha-  
bent per se. 18. naturæ. 62. 6. uerae, immota & c. 63. 21. aduersus. 64. 13. Luthe-  
rum facile pro principe. 72. 80. 8. Maior. 85. 19. realis alterius. 20. Nec potest.  
82. exulerint. 88. 10. de hac persona. 89. hallucinetur. 91. 3. quod nimirum. 92.  
14. non recipit, 95. anbeten sol. 97. 22. & turbationes. 100. 15. plurimi q. 103. offerri. 104. santienda 112. 18 unquam. 114. 18. communicationem. 115. con-  
gruit. 15. quæ ipsam. 115. 21. aliquot. 120. 19. vocatur in. 123. 15. analogia. 22.  
seu per. 124. 3. non sint 126. 19. amplius illis uerbis. 129. 11. dilatione. 130. 20.  
nec tanquā 21. effet 6. Mouere. 140. 13. pariter per se esse. Ibi. in margine. humanæ  
naturæ in Abstracto asscribere. 143. 12. Fundamentū. 145. illeuit. 147. 3. effertur.  
Et aliud in 19. cum uerbis 149. 5. se ab 151. 1. incogitantia 157. 12. iuxta naturales  
158. 12. est consultum 159. 14. agnoscenda 160. 12. disceptatio 164. 14. ponentes  
tenebras 170. fol. 98. 174. 8. tali propositioni 17. allegantur 179. fol. 104. Textus  
185. 1. Nec hac 195. 23. in controversia. 199. 10. Nihil igitur hactenus audiuisti pie  
Lector 20. Maior est fallax 201. 4. quæ IPSAM 206. 5. aliquid boni nos 20. exagi-  
tabat 207. naturam Christi esse omnipotentem.







